PRIMITIAE ANTIQUITATUM GANDENSIUM I.B. GRAMAYE: 1

Jean Baptiste 1580-1635 Gramaye, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

I. B. GRAMAYE

PRIMITIÆ

ANTIQVITATVM GANDENSIVM.



ANTVERPIÆ,

Ex Typographeio HIERONYMI VERDVSSI

CIↃ IↃ C XIII.

Cum gratia & Priuilegio.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

Digitized by Google

ROMA

AD NOBIL. EQ. IOANNEM.

BAPT. RODOANVM

BIESÆ DOMINVM CVIVS PRÆSIDATV COLLECTÆ collatæque & demum euulgatæ ſunt hæ primitiæ.

PRæſide te immenſo perlegimus æquore littus,
Præſide te emenſo prendentes littore portum.
GANDA *mare eſt, littus ſunt tempora, ſcriptio portus,*
Res geſtæ ſcopulus, virtutum ſumma, charybdes;
Nauita ſed ſcopulos, prætergreßuſq; charybdes,
Colligit in ripis pro flore & gramine iuncos,
Colligat in ſertum, RODOANA *& tempora cingit.*
Neptuno ſacer eſt iuncus, ſacrandus & illi
Qui BIESÆ *dominatur, aquæ moderator & alti*
Littoris in GANDA *cymba quoque ſutilis auſpex,*
Conſule quæ tali luſtrauit ut anxia littus,
Conſule quæ tanto luſtrat cum littore portum.

Digitized by Google

NOBILISSIMIS, AMPLISISMIS

MAGNÆ GANDÆ SENATORIBVS

CODEX ISTE SACER EST.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

ET meritò origines, incrementa, antiquitatem Vrbis tota Galliâ clariſſimam inueſtigans; normam, viciſſitudines, fata reipublicæ omnium gentium hiſtorijs nota ediſſerens; initia, maieſtatem rei ſacrę, nuſquam toto Belgio auguſtiorem comprehendens Opidi Auctoribus, politiæ Magiſtris, Eccleſiarum Tutoribus. Per quos ventura ſuſcipiet & ſuſpiciet poſteritas GANDAM noſtra memoria tot auctam operibus, vt foris intuenti noua poſſit videri, ciuitatem tantâ gubernatam prudentiâ, dicam à felicitate, vt reſtitutæ ſemel religioni & Regi Catholicis quietem vix vmquam vllus præſumpſerit interturbare; Rem ſacram taliter augmentatam, vt paucos cis annos præter Orphanotrophium, Seminariaque decem vtriuſq; Sexus cœnobia ſtructa opibus, renata auſpicijs, aut munificentia Senatus intra muros ſint reſtaurata. Mirabitur hanc hiſtoriarũ & codicis huius lector & in GANDA GANDAM quæret. Nec enim vnquam plures authoritate & gratiâ valẽtes Viros Nobiles habuit Arachnæis potentior ſatellitibus: Nec

Digitized by Google

vnquam maiori numero Eccleſiaſticos fouit, Viros ſcriptis & omni ſcientiarum genere in omnibus Europæ regnis clareſcentes produxit, pauperes impendijs publicis aluit aut promouit. Nec humanitate in exteros, ciuilitate inter ſuos, induſtria circa rem familiarem, populus magis excelluit; nec quietis, pietatis, honeſtique honoris plebs fuit amantior. Et ad vos prior potiorque huius laudis ſpectat gloria, magnifici Senatores, quorum vigili curâ efficitur vt nequeant, exemplo vt nolint vlla reipubl. membra claudicare, nedum deficere. Meritò, itaque, ad veſtri nominis patrocinium codex hic mittitur GANDAVI tantopere floreſcentis deſcribens fundamenta: Quo facto ſi ſaltem non malè de republica meritum Senatus populuſque declarauerit, ſumma votorum ſe attigiſſe fatebitur Veſter Eternùm cliens,

I. B. *Gramay.*

Digitized by Google

I. B. GRAMAY GANDAVVM,

Primæ Partis

CAPVT PRIMVM.

VER erat & feriata anni temperies monebat peregrinari, & inuia per brumam, aut certè inſida pedibus loca decurrere. Iui & Regia Brabantorum profectus, ſupra nobiles Bertholdorum [a] clade agros *Oſtiam Teneræ* [b] oſtium dico, Flandrarum ingreſſus, inde mox luſtrata dextrorſum VVaſia & Ambactorum Tetrade Gandam verſus dirigebam. Hærebat lateri Martinus Hamconius Apollinis & Cliûs genuina ſoboles, vir editis tam libero quàm vincto orationis genere ſcriptis famam adeptus. Is, vt variæ ex varijs ſermonum telæ trahuntur, tela traduntur: Scio, inquit, mi GRAMAYE, quantum operæ locaueris eruendæ Belgicarum ditionum antiquitati, vt neſciam an quis Patri Chrono liberius, aut liberalius conſueuerit; Age itaque ſis, rationem expedi ſententiæ in Huluſtanis tuis ſine arbitro pronunciatæ, qua terrarum *Tetrades Auguſtæ*, quattuor Officiorum ſiue Ambactorum nomine in vulgo notius, Gandenſi Caſtello olim obnoxium fuiſſe definis, quod equidem *Imperiale* & imo *Friſiæ maritimæ* portionem varijs, nec vanis coniecturis opinabar. Cùm enim Batauorum tam inſulas, quàm continentem *Friſia* vocabulo con-

Occaſio ſermonis.

[a] *Grimberga.*
[b] *Teneramonda.*

M. Hamconius laudatus.

4. Ambacta pars Imperialis Flandriæ.

Friſia maritima

Occo Searlenſis Friſiæ Hiſtoricus. tentam ſcripta Occonis Hiſtorici euidenter comprobent, tum vero maximè Ottonis Auguſti reſcripta ad Traiectēſes, meminerunt vici *Callo in maritimis Friſonum, pago Flandrenſi*, *Callo op de Schelde.* & alias Eginhartus citat *Schaltemum in maritima Friſiorum regione*: vt videantur loca hæc ad vtramque Schaldis ripam nota conuincere, hactenus *Friſiæ* vocabulum patuiſſe, & po- *Pagi Flādrenſis pars in Friſia.* tuiſſe iuſtam Ambactorum portionem, & pagi Flandrenſis abſorbere. Ad hæc ego. Non inficior, inquam, Hamconi doctiſſime, & *Friſiæ maritima*, *pagumq́ Flandrenſem* his locis audijſſe concedo, non tamen ideo cedam ego tuæ, aut meam tibi opinionem. Vti enim certus ſum, & Cæſarum Pontificumque teſtimonijs docui in Brugenſibus meis *Flan-* *Eius limites.* *drenſem pagum* Schaldi & Durma olim terminatum, hac parte; ita conſtat intra eiuſdem ampliter habitati fines, natum in- *Pagus Gandenſis* ter alia *pagum Gandenſem* à *Metropoli* ſic nuncupatum. *Metropoli?* excipit Hamconius. Atqui ego, addens, exiſtimabam dictantibus manuſcripto bibliothecæ Atrebatenſis, & *Metropoles duæ in Belgica olim.* altero cœnobij Tuitienſis, codicibus veterrimis, in Belgica duas dumtaxat Rhemēſem & Treuerenſem ab antiquiſſimo, & partitionis Romanæ exēplo *Metropoles* extitiſſe, & tu tertiam nec Epiſcopio priſcis ornatā, nec eminenti titulo honoratam obtrudis? Imo verò, ſubiunxi ego, & tertiam & ter tertiam adiungerem, & teſtem Audœnum laudo, qui ante ſæculorum decades ſcripſit: *B. Eligium Viromandenſi, Nouio-* *Metropoles poſtea plures.* *menſi, Tornacenſi, Flandrenſi, Gandenſi, & Cortracenſi, Metropoli præfuiſſe*, id eſt (prout author idem alio loco ſibi ipſi interpres eſt) *Flandrenſes, Gandenſes, Andouerpos, Friſios, Sueuos, & Barbaros, &c.* primùm, *Hoſtili animo & aduerſa* *B. Eligius hic Epiſcopaſſe.* *mente* Euangeliſtam *ſuſcipientes*, ad veri numinis venerationem produxiſſe, dictiſque locis Principibus, vt eius æui voce vtar, *Epiſcopaſſe.* Nec abutitur ſcriptor voce *Metropolis*: cùm *Metropolis quid?* Iſidorus Lib. VII. Cap. XII. Originum *à menſura ciuitatum* in quibus eminet nuncupatam aſſerat; quomodo apud Dionem

nem in Adriano; *Antiochiam Metropolim Syriæ* vocari legas, & Spartianus dicit: eundem *Antiochenſes odio habuiſſe, ita vt Syriam à Phœnice voluerit ſeparari, ne tot ciuitatum Metropolis Antiochia diceretur*. Ex quibus non obſcure colligam, & dictas à ciuitatibus ſubiectis Metropoles, & incerto plurium pauciorúmve opidorum numero definiri conſueuiſſe. *Gandenſi* noſtræ idem vſu venit; cui (verba ſunt chronici Bauonenſis) *Vrbes parebant quattuor, Hulustum, Axella, Haſna & Bocholta*, id eſt ditiuncula Ambactorum in qua hodieque Caſtri Comes Gandenſis iura & prærogatiuas quaſdam habet. Et libenter crederem hanc pagi Flandrenſis, & Friſiæ maritimæ prius, portionem, ob id Gandenſis poſtea *pagi* nomenclaturam fœneraſſe; vna cum regione VVaſiana; quæ ipſa beneficio Cæſarum ad Hollandos tranſlata ſeparati iuris & nominis cœpit haberi, pagumque à, & in Gandenſi, ſicut Gandenſis ante à, & in Flandrenſi diuerſum fecerat, conſtituiſſe. Quod niſi dicamus nunquam diplomatum veritatem aſſequemur, conſtituentium Anno IↃCCCCLVI. *Haſſ, Henthorp, Huſduic, Berginc, Merender & VVaeſmonaſterium pago Gandenſi*, cùm tamen *pagus VVaſienſis* in quo *VVaeſmonaſterium* primas tenet; in pragmatica Henrici Cæſaris & annalibus Traiectenſium non ſemel circa annum milleſimum nominetur.

Et quid olim. *Plures ſub ſe Ciuitates habuiſſe.* *Nec certo numero.* *4 Vrbes ſub Gandenſi.* *Ius Caſtellani Gandenſis in 4 ambacta.* *Occaſio nati pagi Gandenſis in Flandrenſi.* *Item VVaſienſis in Gandenſi.* 956. Waeſmüſter *Nunc in Gandenſi nunc in VVaſienſi pago ponitur.*

CAPVT SECVNDVM.

NEC tamen fallat præſens recenſque vrbis amplitudo, non vtique in *Pago* Gandenſi, (vt res olim erant) collocanda, ſed in collimitio quattuor diuerſorum: planè vt Romanæ origini Gandenſem conferre ſolitus ſim, eo potiorem, quòd illa tribus, pro ratione conuenarum tribubus conglutinatā, hæc quattuor regionibus naturę glutino ad hãc totidem

Gandauũ in 4. pagorum collimitio ſitũ. *Collatio cum Romanis.*

amnium confluentem: ſociatisconflata, elementorum nu-
mero Vrbe ſuperior, orbi par. Dictum doctum ibo, ſi aurem
Bracbantenſis pagus porrigis patulo-patiam. Imprimis *pagum Bracbantenſem*
Schaldi tenus pertinuiſſe, in quo pars opidi circa Arcem Ca-
rolinam, id eſt vetus Bauonis cœnobium, diſertis verbis tra-
dit *Hulduuici* Cæſaris ad Eginhartum Abbatem diploma his
verbis. *Idcirco nouerit omnium fidelium ſolertia, quod Eginhar-
tus Abbas ex Monaſterio, quod dicitur Ganda, quod ſitum eſt in*
in eo fuiſſe vetus caſtrum. *pago Bracbantenſi, conſtructo in honore S. Petri Apoſtolorum
Principis:* & ne ambigamus ob inſcriptum eidem D. Petro
alterum in monte Blandinio cœnobium, addit: *vbi & iam
B. Bauo confeſſor Chriſti corpore requieſcit. Datum Idus Aprilis*
810. Anno IↃCCCCX, *imperij ſexto, Aquiſgrani palatio Regio.*
Pagus Tornacencenſis. Eiuſdem Cæſaris ſed octennio poſt datum extat, referens
*in pago Tornacenſi ſuper Schaldem flumen locum eſſe, Blandinius
mons dictum antiquis vbi Monaſterium ſit ad honorem S. Petri*
In quo Blandiniũ *calorum clauigeri fundatum à glorioſiſſimis Regibus, &c.* Vnde
è plano videtur montem Blandinium, vbi nunc D. Petri Ab-
batia intra muros viſitur *pago Tornacenſi* olim comprehen-
ſum, & niſi vocum ſimilitudine deceptus ſit Meierus, ad an-
633. num IↃCXXXIII. referens: *fundatum à Regibus in monte Blan-*
Cuius pars pagus Corturiacenſis. *dinio, ſiniſtra Schaldis ripa pago Corturiacenſi, cœnobium, Prin-
cipi Apoſtolorum idq́; ab Amando dedicatum*; neceſſario dicen-
dum venit eundem locum & Tornacenſis, & Corturiacenſis
pagi extitiſſe, aut melius hunc illius partem fuiſſe. Quicquid
tamen eius ſit, hoc ſcriptor & ſcriptũ allegata docent, abun-
Confluuiũ Liza & Schaldis. de, vtrumque pagum ſe extendiſſe vſque ad confluentiam
vbi à Schaldi Liza abſorbetur, ſui nominis velut capitis dimi-
nutione, id eſt occupaſſe iuſtam opidi inter-amnis hodierni
Pagus Menpiſcus. portionem. Vlterius progreſſo vltra Lizam occurit *pagus
Menpiſcus* ſiue *Menapiſcus*, in quo, *Territorio* tamen *Gan-*
In quo Truncinium. *denſi*, inchoatum Truncinium ex monumentis eius Abbatiæ
narrat Meierus dicto anno, & conformiter Chronicis Bauo-
niano

Digitized by Google

niano & Bertinenſi. Et ne dubitemus vici aliquot Vrbani nunc,ſuburbani antea, in Menapiſco in tabulis donationum antiquarum leguntur. Vnde amplius obſeruare eſt Gandenſe opidum peculiare ſibi *territorium* olim habuiſſe, id eſt, *locum communem* (interprete Varrone Lib. IV.) qui prope opidum relinquitur, quòd maximè teratur, dictum. Ad extremum charta donationis Trudonopolitani cœnobij laudat Villam *Heuerge pago Flandrenſi* Anno IↃCCLV. quem non dubito vicum in conſpectu opidi eſſe *Heuergem* dictum, & proinde hac parte eum pagum quarto opidum loco occupare: Abit porro in diuerſum ſi non à vero, ſaltem à mente mea Diuæus omiſſo *Flandrenſi* pago ex alijs quattuor *Turnacenſi*, *Corteriacenſi*, *Bracbantenſi*, *& Gandenſi* conflatam vrbem aſſerens ignarus teſtimoniorum, quæ in rem meam attuli, doctiorum cenſuram, tuique inprimis iudicij trutinam ſubitura.

Ganda territoriū olim habuit.

Illud quid? Pagus Flandrenſis.

755.

Heuergem Vicus ſuburbanus, Diuæi lapſus.

CAPVT TERTIVM.

NEc vana aut vmbratilis hæc pagorum diſtinctio, vt quæ tam ſæcularis quàm Eccleſiaſtici dominatus veterem afferat differentiam, concurrentibus ad hoc omnium pagorumq; quadrangulum, totidem olim Epiſcoporum ferè diœceſibus, Principum Dynaſtijs. Antiſtites Rheno-traiectini, iure VVillibrordi Clementis prædicationibus acquiſito, ſuæ obnoxios cathedræ ſeruarunt, ab anno ſeruati orbis ſexies centeſimo, vſque ad eiuſdem CIↃIↃLIX, Huluſtanos, Axelenſes, Bierulietanos; & imo videntur ad opidum vſque inſulas extendiſſe; cum ſacellum *Deſſeledonca* legatur à Traiectenſi Præſule dedicatum, non facturo, ſi iuris alieni locus è vicino vrbem reſpiciens extitiſſet. Cameracenſes autem Epiſcopi titulo per Diuos Gaugericum & Vindicianum Euangeli-

Limites iuris dictionum Gandaui.

4 Diœceſes concurriſſe.

Traiectinā inprimis ab auo D. VVillibrordi.

1559.

Deſſeldonck.

Cameracenſem deinde, ab auo D. Gaugerici

Digitized by Google

gelizantes acquiſito, diœceſin ſuam, (teſte Goropio) in Atua-
Atuatici vſque ad Schaldim. ticorum & Romanorum veſtigio figentes, longè ad alteram
Schaldis ripam, & proximè Gandauum ſacræ iuriſdictionis
compotes fuere, iam inde à decem ſeculis, ad vſque elapſi an-
Morinenſem inſuper. num vndeſexageſimum. Morinenſes ſimiliter quamuis non
præciſe opidum verſus vergebant, donec limitatione non-
nihil emendata, alibi etiã variata Ioannes octauus eo nomine
Tornacẽſis Epiſcopus idem cum Nouiomenſi. Pontifex Tornacenſi (qui duas id temporis cathedras procu-
rabat, atque à notiori *Nouiomenſis* ferè inſcribebatur) antea
inter Morinenſem & Cameracenſũ medio tractu Gandam vſq;
Tornacenſis diœceſis augmentatio. ſacra gubernare ſolito, diœceſin partim definiuit, partim am-
pliauit, aſſignato *Gandenſi territorio* ſub Annũ IↃCCCLXXIX.
Territorio dixi, id eſt vicis vt minus alterum ab vrbe lapi-
879. dem non excedentibus. Atque hoc eſt quod annotant chro-
nica *Nouiomenſi Epiſcopo aſſignatam Flandriam* eſſe potiorem
Explicati annales. Flandriæ Comitum prouinciam, & maximè habitatam; cùm
Flandriæ proprio dictæ vocabulo, id eſt maritima, nunquam,
Ganda pro bona parte erat Tornacenſium. vt dixi, Neruiorum ſedi paruerint; & potior opidi pars ante
annum laudatum, fuerit Tornacenſis diœceſis, teſte Caroli
Calui reſcripto, Anno IↃCCCLXV. in hæc verba *venerabilis*
865. *vir Nouiomenſis ſeu Tornacenſis Epiſcopus curam habens ſui mi-
niſterij cœnobium Blandinij*, &c.

Vnde etiam hallucinatur Marchantius totam Flandriam,
dicens nulli vſque ad tempora Ioannis octaui, tum Noui-
dunenſi totam, tãdem tribus cum eo, Morinẽſi, Trajectino,
& Cameracenſi partitim ſubiectam fuiſſe aſtruens, *refragan-
tibus omnium diplomatum teſtimonijs & ſaniorum Hiſtoricorum
fide*.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

DIxi de Diœceſium colſimitio circa opidum, reſtat Prin-
cipatus quadrifariam, ferè pagorum totidem intuitu *4. Seculares iuriſdictiones.*
ſectus, & Regulum Flandria totidem titulis dominatu opidi
fruentem agnoſcens. *Audenburgi* enim, ſiue veteris Caſtri, *Audeburgi.*
is potitus poſt Annum CIↃCLXXIV. & mortem Theodorici 1174.
Principis Aloſtani, & vna clientelis pagiſque *Caſtellaniæ Au-* *Quod Comitum Aloſtanorum.*
deburgicæ Gandenſis, nomine cenſitis. *Caſtello nouo Gandenſi*
idem Cæſaribus erepto, gaudere cepit, & appendice Am-
bactorum circa Annum CIↃCXX. Tractu pagi Menapiſci *Noui Caſtri quod Cæſarum.*
verſus Truncinium tanquam *Comes & Aduocatus* potiebatur:
vnde reſcripto Anni CIↃLXXXVII. de Truncinoo ait Co- 1120.
mes. *Candonare ſe ei quicquid Comitatus & Aduocationis ab* *Comitatus Trũcinienſis.*
antiquo anteceſſores tenuerant. Blandinio & vicinis Principa-
tus Harlebecani ab antiquis imperabat, ob hoc Galliarum 1087.
Regis vſque ad tempora Caroli V. ob illa Cæſaris cliens olim *Quod Marcionũ Flandrenſium.*
fiduciarius. Sed enim vt hæc magis ad oculum videantur, &
feneſtra illa patentiore leuius-mollius ad memoriæ penetra- *Principatus Harlebecani.*
lia deferantur, Mercatorem adeamus, qui orbi orbem vænа-
lem exponit, & hac parte ſitim noſtram explebit. *Placet*, ſub-
iunxit Hamcoinus comitialiter & comiter, egoque profe-
rens, quæ fortè ad manũ erat, Gerardi Mercatoris Tabulam
Flandriæ exhibui, & in ea *pagorum, diœceſeorum, Dominiorum*
limites, & omnium vno velut centro concurſus, addens me- *Lapſus Mercatoris.*
liuſculè factum fuiſſe Mercatorem, ſi loco *Caſtellaniæ Al-*
denardenſis maiuſculo charactere inter pagorum nomina
ſparſo, deſignatæ, poſuiſſet *Audeburgenſem*, cui ferè ſubcen-
ſentur loca grandiuſculis illis inſerta. Vix digito percurreram
hanc Vrbanæ conſtitutionis periodum, cùm, vt eſt amœno
facilíque ad verſum ingenio in hos erumpit elegos.

Romæ

Digitized by Google

Tres tribus Romanæ. *Roma tribus tribubus , Ganda eſt fundata quaternis,*
Sic orbi quàm vrbi Ganda magis ſimilis.
Fur dictio trilittera. *Eerna probrum eſt, elementa , plagis mundana quaternis*
Quattuor Elemēta. *Res ſtat, & hoc Roma Principe Ganda prior.*

CAPVT QVINTVM.

TAli ſermocinatione dum viam & otium fallimus, emenſo Ambactorum agro in fluentum deſijmus; deſcendendum ex equis in ſchapham vt tranſaquandum potius, quàm transfretandum erat. Ibi Hamconius iuxtim in tranſtris aſſidens; Legiámne, ait, hic legimus ? an Schaldim digitis à morte quaternis oberramus? Neutrum, inquã ego, ſed, quod portentum videri queat, paludem nauigamus (Moere vulgus vocat) amnem inter paludibus & cœno vligineque obſitos campos natum, cìs *Iani petram* equorum mercatu nobile municipium, vbi inuento alibi, alibi parato verſus Heſperum alueo, demum ſe ſecans hinc Durmæ miſcetur, inde verſus Axellam Oceanum petit, rectoque flexu & fluxu ſupra angulum Ambacti veteris, inde *VVinkela* nomen indeptum influit aquæductum noui vocabulo ſignari ſolitum. Quem Anno primo poſt milleſimum centeſimumque decimum quinies effodi cœpiſſe, primùm proximo ad mare repagulo fundamenti lapidem ſolenniter pangente Anthonio Baſlio Equite Senatus Præſide: Et ductum opere dumtaxat quadriennali: refert Marchantius, cùm tamen ex actis publicis diſcam a: CIↃIↃXXXVII. foſſionem aquæductus inchoatam à domo rubea, ad aggerem marinum vſque & Amelrici catharacta, & demum Anno IↃLXII perfoſſum aggerem, aqua fluuiatili marinam ſupernatante, vnde chronicum è Sacris literis vulgatum:

(Margin notes: Moorwatere/ fluuius. — S. Jãs Steen. — 1537. — 562.)

gatum : D V L C I a Con C V L C ant ſa L ſed I ne M. Et ductum vt promptiore compendio quattuor dumtaxat miliarium ex Arce & opido Oceanus peteretur: Et ductũ vt curioſè ita ſecurè impoſita ad portum arce validiſſima, Oceanum frænante & Neptunios clientes. In aquæductum ante Gandenſibus iurisdictionem Princeps Anno CIƆIƆLXI. 1561.
indulſit.

Erat quidem antiquitus ab Ottone Auguſto ducta perſimilis à Gandauo foſſa, *Ottinga* ob id nuncupata, teſte Bauonenſi chronico, in Oceanum limes Imperij & Regni, quàm exiſtimaui aliquando inciſis paluſtribus eandem eſſe cùm ſupra nominata *Moorvvatera*. Fuit certè noſtra Saſſi-ſtatione Septentrionalior, vtpote ditionem Ambactorum à Flandrarum terra ſeparans. Vnde Meierus ad Annum IƆCCCCXLIX verbis è Bertinienſi chronico tranſſumptis refert Ottonem *Terram* IV. *Officiorum occupaſſe, foſſamq́, Hont am duxiſſe, & Othonianam dixiſſe, quam finẽ imperij eſſe voluerit.* Vidẽdum itaq; an non diducta fuiſſet hæc foſſa vſque ad fretum, de Hont, dictum, vicumque Honteneſſe.

Foſſa Ottonis. *Limes Imperij.* 949. *Otto occupat* 4. *Ambacta* Hondt *Fretum.*

CAPVT SEXTVM.

NEC his tantum itineribus mare petitur, ſed & alio ante quattuor ſæcula, authoritatem faciẽte Margareta Comite, litteris ad Annum CIƆCCLI ſcriptis, deriuato. Cœperunt quidem Gandenſes iam inde ab Anno CIƆCCXXIIX Liuiæ (ſic enim ab antiquo riuulum appellarunt) alueum ſternere, ſed aſſenſu Principis ſuffragante tum demum promota foſſio productaque *Rodeburgum* & portum *Dammenſem* vſque (aſſociatis in itinere paluſtribus aliquot riuulis & bicorni inprimis *Cala*) ſpacio decies mille paſſuũ nauigabilis vniuerſim & inſigne nundinãtibus compendium prę-ſtante.

1251. De Liue. 1228. *Eius foſſio.* *Cala Fl.*

B

Error Marchātij ſtanti. Circa quod legendus cautè Marchantius *Liuiæ* ductum Margaretæ quidem Conſtantinopolitanæ, ſed Anno
1210. cIↃccx.(cùm Ioanna rerum potiretur) impetrato priuilegio, perperam aſſcribens. Videndum etiā quo auctore aut fundamento P. Bertius in Tabulis ad Ptolomæi calculum redactis,
Læuinum aliȷs dictū. cùm Gandauū iuxta tres fluuios, (omittens *Moeram*) locat, huncamnem *Læuinum* indigetet, ſicut Romanus in theatro
Viri M. lapſus. Vrbium Liuinum. Nec temere credendum Viro Magno, ſed noſtratium imperito Liuiam cum eo eundem facienti, qui veteribus *Legia* dicebatur, cùm omnium diplomatum conſenſu *Legia* in *Lizæ* nomen abierit. Norunt Gandenſes Truncinij, Præmonſtratenſis Abbatiæ in Suburbano ſuo ad
Legiam eſſe Lizā. Lizam conſpicua rudera, eam autem (Meieri ex chronico Bauonis verba ſunt) Amandus *in pago Mempiſco, territorio*
Caſtellum Truncinij. *Gandenſi, ſuper flumen* LEGIAM *dicauit, vbi Caſtellum quoddam ſteterat.* Quid apertius, quid clarius? Legia autem, vt hos è Moræo noſtro verſus adijciam.

——Paulino ſaltens tranquillus in agro,
Diſcedens natale ſuo de nomine Burgum
Nuncupat, & Morinos infelicemq́. Tarennam
Alluit, Ariacum mox diuitiore tumeſcens
Amne beat, nec Mergemo, nec lætus Eterræ
Inuidet, vt pleno fœcundus proluat alueo
Armenteriacas VVaerneſſonioſq́. penates:
Cominium arcipotens, Virouiacíq. ruinas.
Parua etiam Menina ſibi non fœnore paruo,
Et Corturiaeum placet, & vetus Harleabecæ
Gloria, Legiadas ad Deinzæ mœnia nymphas:
Mittit ouans, quæ tot circumſtipantibus vndis
Gandiacis tandem meritæ connubia Schaldis.

Comitum in fluuio ius. Et gaudet vſque confluuium vtriuſque amnis, Comes Flandriæ ad aliquot paſſuum millia iure naualium & præro-
Itē Vrbis. gatiuæ Dynaſtiæ Harlebecanæ propria, frumenti autem per

Digitized by Google

per Schaldim inuecti quadrans, per alios fluuios ſextans, in Vrbis vſum à curatoribus Gandenſibus retineri poteſt.

CAPVT SEPTIMVM.

DE Schaldi quarto Fluuiorum nihil hic referam, vt quæ in Antvverpienſibus meis & alibi luculenter diſſeruerim. Hoc tantũ, videri inter omnia Schaldis Caſtella Gandenſe antiquitate, portu, nobilitate primas tenuiſſe, vt non immeritò ſcriptor VVinobergenſis appellauerit, *Caſtrum Schaldis antiquis dictum Ganda*, per excellentiam puta. Nobilitatem arguit Reſcriptum Eugenij Papę datum Anno Chriſtiano ıↄcxlıix. ad Bauonẽſes cœnobitas dicẽtis ſe rogatum *ab Adelberto Abbate, totisq; Fratribus de monaſterio B. Petri quod ſitum eſt in* CASTRO FAMOSO NOMINE GANDA *nuncupato*. Si tum famoſum, vnde niſi à Romanis haud ita pridem Gallia exactis? Portum autem à Iulianis temporibus celebrem circa Caſtrum fuiſſe aſſerunt Bilibaldus & alij *Geſſoriacum nauale* hîc locantes, quàm bene, dicit, quicumque itinerarium Antonini, & vias à Geſſoriaco Baiacum excuſſit. Ego vti certus ſum Comitem Flandriæ, ſiue is Arnulphus fuerit iuxta Blandinienſe, ſiue Balduinus iuxta Bauonenſe Chronicũ, occupato *nouo Caſtro*; (quod in loco *Herehem* dicto obſederat) ibi portum extruxiſſe; ita ambigo an non & vbi fuerit, alius alibi, cũ Barbaros claſſe *in portum Gãdenſem* delatos ante Arnulphi æuũ nõ ſemel legerim.

Gandenſe Caſtrum Schaldis primariũ. *Schaldis propriè dictum.* 648. *Famoſum.* *Portus hic erat,* *Sed non Geſſoriacum nauale.* *Portus ſtructura.* *In quem claſsis inuecta.*

Ad extremum pręter dictos amnes plurifariã ad commoditatem incolarum partitos diſpenſatoſque, riuuli minorum gentium aliquot in vicino per canales foſſaſque attracti, infinitis locis vrbem ſecant, ita vt Marchantio xx; Guicciardino xxvi Inſulæ intra muros habitentur: pontes lapidei fornicato opere tam eminenti vt naues commodiſſimè ſufſfluant, numero duodecentenario, præter infinitos leuioris

Riuuli & elices fluuiorum. *Inſulæ in Vrbe.* *Pontes itẽ.*

Molæ. operæ & molis: Molæ circa illos maiores quaternæ (licet Guicciardino ſex numerãtur) præter pneumaticas centenario plures, & truſatiles infinitas. Hæc autem vt propius probiúſque conſideres, ſtemus nonnihil, & Iconem quam fortè circumtuli, inſpice, è plano ſingula oſtenſuram.

CAPVT OCTAVVM.

INter hæc ſumma turrium, Vrbem è vicino conſpicabamur, & blandè compellans Hamconius. Videor, inquit ex ſupra-dictis pro comperto habere Gandauum Caſtris aliquot inſtructum fuiſſe, beabis me ſi de ſitu & authoribus eorum me docueris. Adhæc ego: nihil non te monente velim, ſi poſſe arbitrio conforme eſſet; tamen quia me poſſe exiſtimas, liberè quod ſentio ſcioque depromam. Tu me ſequere ad Arcem Carolinam. Viden ſuperbum illud Gradiui & Bellonæ prætorium, & auctore ſuo Carolo V. Cæſare digniſſimum, qui popularium ſuorum fidem hoc ſpeculo ſtabilijt, ſpecillo remuneratus eſt, lapide auſpicali per ipſum ob ęquitatem fundamẽtis immiſſo per funem? Sed ingrediamur. Ingredimur: & nónne, inquam, inſignes hi monachi? egregia clauſtra? honora: hæc (tympanum enim audiebatur) pſallentium carmina? Ridere te & me putarem, ſubiunxit Hamconius, niſi lingua ceſpitante, Monomachos, Caſtra, arma exprimere intẽdis, quorum hîc omnia plena. Tum ego: Nec ridens, nec ceſpitans ſcio militibus omnia hîc compleri, & lectiſſimis, & qualibus ad munimen Flandriæ vſus, ſed & hoc ſcio habitaſſe hîc loci ante Annum CIↃIↃXL, qui Arci natalis eſt, Bauonicæ Abbatiæ religioſos, & ecce reliquum vetuſtatem præ ſe ferens templum: Intelligenti pauca; vides quo tendam, nimirum, vt quem verbis Eugenij Papæ antea, nunc digito oſtendam locum *veteris Caſtri Gandæ* ſiue Aude-

Caſtra plura Gandaui Fuiſſe.

Arx Gandenſis.

Structura eius.

Fuiſſe antea cœnobium D. Bauonis.

1540.

Digitized by Google

Audeburgi, in cuius corde hoc Aſceterium à D. Amando
dedicatum fuit, adeò vt Gandæ nomen quaſi proprium ſibi
frequenter obtinuerit. Ita nimirū diploma Caroli Calui An.
ƆƆCCCLXV. Ita Ottonis An. ƆƆCCCCLXXVI. Ita Caroli M. An- 865.
no ƆƆCCXCIV. & aliorum non aliter quàm *Monaſterium quod* 976.
dicitur GANDA *& eſt conſtructum in honorem S. Petri A-* 794.
*poſtolorum Principis, vbi etiam glorioſus Chriſti confeſſor corpore
quieſcit, &c.* indigetant, & Chronicum ad Annū ƆƆCCCXXIIX. 828.
reliquias Marcellitis & Petri delatas ait *ad cœnobium Gandæ,
quod ſitum eſt in* VALLE LEGIÆ *loco Ganda vocato, vbi
idem amnis Schaldis dicto flumini Legiæ iungitur.*

CAPVT NONVM.

HAnc Arcem ante Annos mille Dagoberti æuo *Famoſam*,
& eandem antiquitatis merito illuſtrem, (cùm ſcriba- *Antiquitas Audeburgi.*
tur cœnobium Bauonenſe *in Caſtro Ganda dicto* ANTIQVIS
ſitum) iam conſtare arbitror, atque ex eo ſuſpicari procliue *De auo eius quæſitum.*
eſſe, non à Francis Anno CCCCLXXXIX dominari hic incipien-
tibus expulſo Romanorum præſidio repetenda eius exordia, 489.
ſed altiùs aliquantulum. Annales tradunt applaudente Me-
iero *VVandalos Duce Careco Caſtrum Gandæ non occupaſſe tan-* *VVandalos hic Fuiſſe.*
tùm, ſed & à ſe denominatum poſſediſſe, fruſtra reſiſtentibus Bel-
gis, reluctantibus Romanis, Gothis etiam poſtea idem am-
bientibus. Et hinc lapſu temporis à *Vandalis*; ſiue quod idem *Etymon Gandæ.*
eſt *VVendelis* formatum **Wendt** in **Gandt**; ſiue *Ganda* dege- *Affinitas*
neraſſe tranſpoſitione Belgis familiari, qui ex *Gallis VVallos* *litterarū*
ſimiliter faciant. Ego & horum nihil ad aut improbem, tamen *G. & VV.*
facilè aſſentiar Tornaci & Hannonum Chronologis, Fran-
corum etiam, narrantibus extructam ab horum colluuie
circa Schaldis & Lizæ confluuium Caſtellum; ſed vbi? Hæ-
reo: pronior tamē in *VVandelaram* Caſtellum, hodieque iuxta **Wandelaer.** *Caſtrum.*

 portam

portam Bracbantenſem nomen ſeruans, quã in Gandam: nihili faciens ſtabilimentum prioris opinionis adiectum, quod VVandali duelli Symbolũ chirothecam (**Want** nobis dicitur) nigro in campo inſignium loco Vrbi aſſignauerint, cùm oculatus teſtis aſſerere poſſim, ante V. ſęcula Gandenſes ſcuto Caſtelli biturris ſpecie ſignato vſos, & videbatur in oppoſita ſigilli parte manus expreſſa ob cauſam fortè eandẽ quam in Antverpienſibus meis aſſignaui.

Inſignia Vrbis.

Item vetera.

Cur manus appoſita.

CAPVT DECIMVM.

SED libet vlteriora cogitare. Vetus à Meiero carmen deſcriptum eſt:

Gorduni populiq́, truces coluere Sicambri:

Et litteratorum plærique Gordunos Cæſaris à mõte Blandinio *Curteriacum* vſque media contuiſſe credunt; ſed credant tantùm vana aliquot characterũ ſuſpicione ducti. Sicambros etiam Sueuoſque Auguſto ſe dedentes in Galliam traductos circa Rhenum, Suetonius author eſt: & ſubdit Raphael Volateranus *Vandium* Sueuis, *Vannium* Batauis Regem datum; Eutropius numerum captiuorum ex Germania ad ripam Rheni collocatorum exprimit quadringẽta millia, ne miremur ſi huc vſque vagati auctoris ſui nomen ſedi fortunarum electæ potuerint indidiſſe; maximè cùm Sueuicæ appellationis in Flandris plura ſuperſint veſtigia. Demus etiam ſuffragium noſtratibus hiſtorijs conſtanter aſſerentibus, à Iulio Cæſare & conditam & cognominatam Arcem, vocemque *Gandæ* repertam in veteribus ſchædis fatetur tomo V. decadis rerum Flandricarũ Meierus, vnde & Petrarcha Italus Epiſt. ad Cardinalem Columnam, *Gandauum vocat Cæſare conditore ſuperbum* nec inani gloria: cùm indies ager Caſtello olim Gandenſi obnoxius infinita Romanæ antiquitatis eruat monumenta: de quibus Varnewicus in ſpeculo, & nos alibi.

Gorduni Populi.

Sicambri & Sueui an hic fuerint,

An & Germani,

An Iulij Cæſaris opus Arx Gandæ.

Id probatum.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VNDECIMVM.

QVicquid omnium ſit, Romanos, Sueuos, VVandalos, Francos habuerit authores, deletum eſt à Normannis, ſed reſtitutum, & nouiſſimè bello Henricorum Cæſarum Gandenſibus perpernicioſo funditus euerſum in vſus habitationis monachorum tranſijt Caſtrum. Firmabatur præſidio militari, ſtipendia ex tractu Aloſtano VVaſioque percipere conſueto, donec id muneris in dominatum, oneris in honorem conuerterunt præfecti Arcis Comites Bracbantini, remanente Caſtelli licet diruti peculio ſolum XLVI. virorum diſtrictu, qui in quattuor diſtributi membra, duobus obnoxij tribunalibus *Caſtellaniæ Audeburgi Gandenſis* appellantur: & à Comitibus Flandriæ poſt euerſum aut à monachis occupatum vetus Burgum quodammodo in petram Comitis trãſlati, vbi exequũtur iuſtitiam Audeburgici. Nouæ porrò Carolinæ quam vides præſidiarijs ex fiſco Regio ſtipendium conſignatur, & præficitur ex Hiſpanica ferè nobilitate vir primarius: Quales Mondragonius, Salinas, Auguſtinus Perrera, Ludouicus del Villar, Fernandus Xiron, Ioannes d'Aranda, viri bellica virtute ſpectabiles.

Deſtructio Caſtri veteris.

Præſidij ſtipendia.

Caſtellania Audeburgi.

Præfecti Arcis.

CAPVT DVODECIMVM.

REſtat *nouum Caſtellum*, minus tamen notum Gandenſibus, magis annalibus. Cùm enim frequẽter apud hiſtoricos paginam faciat Otto Imperator, ſuo nomine *primus*, & virtute *Magnus*, ob ædificatam Gandaui nouam Arcem, aſſerendæ veteri, defendendæ S. Bauonis Abbatiæ, tuendo limiti, & oppugnandis Gandenſibus (omnes enim hæ allegantur-

Nouum Caſtrum.

Eius Auctor.

Digitized by Google

gantur cauſæ)tum vel maximè controuerſum eſt quo loco il-
De loco la extiterit, ad Legiámne an ad Schaldim, & rurſus an eadem
eius quæ- ſit cum Petra Comitis, an alia in Herehem conſtructa. Ego in
ſitum. hac opinionũ digladiatione & pugna, ſcuto chronici Blandi-
nienſis Bauonenſiſque tutus intercedere, & litem dirimere
conabor.

Marchantius Dunenſem ſecutus, Imp. metatori Schal-
Cauſæ di ad dextram incubuiſſe ait, Arcem ab Ottone IN
ſtructio- FLANDROS excitatam Anno IↃCCCCXLIIX. in Alo-
nis. 948. ſti deſcript. ait Meierus ex Bertinenſi chronico ad an-
Ganden- num ſequentem. CONTRA GANDENSES in-
ſes inter quit, *qui tum inter Schaldim & Legiam incolebant, Ar-*
Schaldim & Legiã. *cem validam eduxit in ripa Legiæ, ex qua Cæſarum præ-*
ſidia cum Gandenſibus implacabili odio digladiantur ad Balduini
936. *vſque Inſulani Principatum. Codex cænobij Gandenſis.* Sed An-
Situs eius num notans IↃCCCCXXXVI. *Otto,* inquit *Henrici filius Ca-*
ad Legiã. *ſtellum nouum, quod ad ripas Legiæ ſitum eſt, non Reges Franciæ,*
Cuius be- *non Comites Flandriæ, ſed Imperatores Romanorum in fiſco & in*
neficium *libera poſſeſſione S. Bauonis* ad DEFENSIONEM IPSIVS
fuerit. MONASTERII, ET ANTIQVI CASTRI GAN-
DÆ, *propter diuiſionem Regni & Imperij ſtatuit quo ſic præfa-*
tus REGNI FRANCORVM & IMPERII ORIEN-
Tempus TALIVM FINES *determinauit, de quo cenſum V. ſolidorum*
ſtructionis *longo tempore Comites Flandriæ ſoluerunt & ſoluunt.* Ecce cau-
ſas ſtructuræ & authorem, & ſitum, & tempus; niſi quod Me-
ieri calculus vero ſit propior, cùm paſſim ſcriptores vitæ Ot-
Emenda- tonis, iſto Anno Belgas per eum Imperio adiunctos fatean-
tus codex tur, qui Anno eius ſæculi XLIIX. in Danos occupabatur, &
vetus. 48. XXXV. necdum inauguratus erat. Planè vt exiſtimem affini-
35. tate numeri Arabici 3. cum 5. deceptum exſcriptorem in hu-
ius & ſequentium ex ordine annorum deſignatione, alterum
alteri ſubſtituiſſe: maximè cùm ab Annis 36. 37. 38. integrum
abſorbens vicenarium ad 63. 66. &c. delabatur.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XIII.

HVIC *Caſtello*(verba ſunt Ba:Chrõ:) *non Caſtellani, ſed Co-* *Traſ. ſta- tua Arcis*
mites præfuerunt, quibus 4. Villæ cum appendicÿs, Aſneche, *Villæ, ei ſubiectæ.*
Bochout, Axel & Hulſt cum tota VVaſia ſubÿciebantur. Horum
Comitum vnus nomine VVichmannus in vxorem habens Lutgar- *Comites eius.*
dim filiam Arnulphi Marchionis, Ottoni diù rebellis, Caſtrum
eius nouum in Herehem vi ceperat, & tenuerat, à Miſacha (alijs *Situs in Herehem.*
Muſach) Slauorum Regulo Ottonis amico perimitur, Anno
LXVII cùm vxor eius ibidem legatur defuncta *in portu Here-* 67.
hem quadriēnio ante ad D. Petri in monte Blandinio tumu- *Vbi portus.*
lata. Redijtque in fidem Cæſarum Arx, vnde Henricus Au- *A Cæſare Arx capta*
guſtus Anno CIƆVII Flandrorum defectionem vlturus, 1007.
Gandenſes obſedit. Et iterum Anno CIƆXX agrum Gan- 1020.
denſem populatus eſt. Quod *Imperialis Caſtelli*, (ſic enim Me- *Imperiale*
iero vocatur) iugum moleſtè ferens Balduinus Comes, quem *Caſtellum dictum.*
Inſulanum nuncupant, in Cæſarem pugnanti Godefrido Lo-
tharingorum Duci ſe adiunxit, & lætus occaſione Arcem *Id à Flan-*
Gandenſem obſedit, virtuteque Lantberti militis ſibi aſ- *dro occupa-*
ſeruit, & volente nolente Cæſare aſſeruauit. Quod factum *tum.*
verbis Chro: Bauo: libet aſſcribere. *Cùm Comes in loco qui He-*
rehem vocabatur, Caſtellum obſediſſet; Opidani in Sabbatho ante
Paſcha conciſſo in particulas dimidio Bacone, quem ſolum, nec *Stratagema*
quicquam aliud in cibo habebant, fœdabant ſcuta pugnatorum:
quæ res exanimauit Comitem, putantē eos cibarÿs abūdare, ideoq́;
recedentem. Quidam autem Lantbertus de SVBVRBIO *Ca-* *Suburbium*
ſtelli (notate hoc verbum ad ornamentum Caſtri faciens) *Caſtri.*
mulierculā vidit cum vaſe hauritorio ad Legiā deſcendere, quam
adortus deque re edoctus Comitem reuocat, ſtipulatus pri-
mo ſibi & ſuis *Caſtellani* dignitatem, hortatur oppugnatio- *Caſtellani*
nē, & feliciter, obtento Caſtello Caſtellanus renunciatur. *dignitas.*

C Baldui-

Digitized by Google

Balduinus autem licet *Caſtellum*, non tamẽ Caſtelli peculium, IV puta Villas pacificè adhuc poſſedit, poſtea demum ius à Cæſare in nouum Caſtrum An. CIↃCX accipiens, earum repudiato, cui obſtringebantur, Traiectino Præſule, Dominium adeptus, ideoque nonnumquam *Flandriæ ſe Comitem* & DOMINVM inſcribens, nõ Aloſtani Comitatus (quem perperam alij adiungunt) Imperatoribus obnoxij ratione, ſed Ambactorum à directi Domini obſequio emãcipatorum.

1110.

Cur Dominus dictus Comes Flandriæ. Error plurimorum.

CAPVT XIV.

Deſtructione Arcis, eiuſq; cauſa.

ET probabile mihi ob id Balduinũ Othonianam Arcem ſolo æquaſſe, ne videlicet per aliquas pacis leges Imperator eum repetere ſperaret. Manſiſſe interim Vice Comitis dignitatem, dictoſque Lamberti ſucceſſores non tantùm *Caſtellanos*, vt nunc vocãtur; ſed & *Villanos de Gandauo*, quod *Villani* nomen lapſu æui in ſtirpis nobiliſſimæ cognomentum tranſijt & perſeuerat. Optimè, excepit Hamconius, ſed & iam video ſtirpem *de Villain* nuncupatam eandem non eſſe cum Gandauia (**de Gendt**) certus hanc Comitatu Aloſtano ſubinde potitam, ſæpius ambientem, à *Veteri Caſtro* eſſe, quod antiquitus propriè *Ganda* dictum docuiſti, & confirmat Prouerb. in vulgo iactans *nunquam Gandauum veniſſe, qui D. Bauonis non intrauit.* Neſcio, inquam ego, an bene conijcias, cùm Lambertus hic & ſucceſſores Villani eadem cum Principibus Aloſti gentilitia circumferentes arma in diplomatibus, conuincant eiuſdem gentis homines fuiſſe. Et vt certiùs cognoſcas rem totam; Hugo de Gandauo Anno 1230. Florens, ſuæq; ſtirpis vltimus Vice-Comes, fratrem Villanũ habuit Baronem Bornhemi, cuius filius Alexander inſcribens *ſe de Gandauo dict Villain* ſtirpem propagauit, & fortè nomen ad hęredes nũc Iſengemij Comites, & alibi Barones, aut Dynaſtas.

Villani.

Stirpis duæ à Gandauo & Villain.

Digitized by Google

naſtas tranſmiſit. Hugonis porrò ſupradicti filia Maria Gerardo Sottengemio, (qui ius ſuum in Caſtri noui locum Comiti An. 1300. tranſcripſit recepta in compenſationem Sæfſtingana Arce) enupſit, quorum ex Hugone filio neptis Iſabella Hugoni Antonienſi Toparchæ, & huius eadem appellatione filia Ioanni Vice-Comiti Melunienſi elocata in maritorum ſingulæ ſtirpem tranſtulerunt Vice-Comitatum, qui nunc ad Principes d'Eſpinoy peruenit eodem iure Labarum ſiue vexillum militare Gandenſis opidi portantes, *Vice Comitis Gandenſis iura.* eodem villarum aliquot cenſus percipientes, eodem viarium vicariumque vectigal conſueti & Primatum inter Vice-Comites tam Imperij, quàm Regni Comitijs Flandrenſibus obtinere.

CAPVT XV.

ARcium hoc caput finiat, vetus turrium Hemicyclis, forma Tetragona, area ſpacioſa, ſpecioſo atrio oculos intuentium perſtringens, *Petra Comitis* in vulgo nuncupatum. *Petra Comitis* 's Grauē ſteene. *Petra*: Saxeum ædificium tribunali & carceribus publicis deſtinatum, quomodo & prætorium Aldenardenſe, & Aloſtanum, & VVinoberganum, vnde feuda Comiti clientelam debentia mouētur: & porta Bruxellæ, Turris Neomagi, Domus Dieſtæ carceribus ſubſeruiens, 's Tene/ſiue op t's Teine: *Steen quid.* Petra ſiue ad Petram vocantur.

Hæc noſtra, nihil cum *Audeburgo*, nihil cum *nouo Caſtro* Ottonis commune habens Comitem authorem ipſo præfert nomine, Balduinum inquam ferreum ſi vera referunt Annales. Et amplius ſimiliter *noui Caſtri* nomine appellata fuiſſe, & fuiſſe ante Ottonis Imperium, & alterius de quo ſuperiùs ſtructuram, ſatis arguunt verba Chronici à Meiero ad Annum IↃCCCCXII exſcripta, referentia tum iuxta NOVAM *Aliam fuiſſe à dictis Caſtris.* *Dicta ſubinde noua arx.* *De quo eius quæſitum.* 912.

Digitized by Google

ARCEM *Gandaui ſtructum Diuæ Pharaildis templum*. Et
940. idem ad Annum ɪɔcccccxʟ Reliquias D. Bauonis & alio-
Arx opidi dicta. rum è Nigella relatas narrat Gandauum: inquit, *ad* ARCEM
OPIDI (obſeruate verba) *noſtri, quia eius monaſterium in de-
ſertum redactum fuerat*. Vnde cùm in refici ceptum à D. Ge-
Item nouum Caſtellum. rardo referendæ eſſent; *Arnulphus Comes Eccleſiam ſuam in*
NOVO CASTELLO *ædificatam, cernens tantis pignoribus
viduari, impetrauit à B. Gerardo articulũ S. Bauonis & reliquias
S. Pharaildis*, ea conditione, quòd Eccleſiæ clerus annuam
peregrinationem ad D. Bauonis perſolueret. Eccleſiam hîc
Eccleſia D. Pharaildis. intelligit, quæ Petræ Comitis, vicina conſpicitur D. Pharail-
dis venerationi dicatam: & fuit Domeſticorum Comitis, &
incolarum atrij Palatini ab antiquo Curialis; vt nullatenus,
ſenſu, ſtatu, ſituque reclamantibus queat de Ottonia hoc
Arce intelligi.

CAPVT XVI.

CÆterùm etſi authores non habeam, dubitare nollem,
à Normannorũ receſſu haud dubiè deformatam, ab Ar-
Structura eius. nulpho Marchione ſplendidiori ſchemate adornatam, ab
Inſulenſi Balduino duabus inſtructam turribus, ab Elſatio
Philippo contraciuium faſtum valida munitã porta, inſcri-
ptione annum 1181. præferente; ſub Ioanna, non vt alij Mar-
garita Conſtantinopolitana mœnibus incluſam; ſub Ludu-
uico Niuernenſi reparatam: à Ioanne Diuionenſi exornatam
ex hiſtoriarum collatione didici. Inter hos ſermones Arcem
Cæſaris egreſſus ad hanc Comitis tendebam Hamconio ſi-
gillatim luſtranda ſingula exhibiturus. Qui portam ſubitu-
ro: Hem, inquit, quid video, aut videre videor? Romanos
chara-

Digitized by Google

characteres ? Saturnum teſtor, peccaſti GRAMAYE, dum ne veſtigio quidem ſuperſtite apud Audeburgum venatus es Romanæ Antiquitatis gloriam, hîc inſcriptione omnibus obuia Petræ à neſcio quo ferreo potiùs quàm à Romanis capis exordia. Ad hæc ego. Parce amicorum oculeiſſime, & oculatiſſime, non ignarus, quanto ſecuriùs laudatiuſque ſit in ſilua Apollinis, quàm in theatro Clionis, primùm eſſe. Dixi tantùm quæ alij ante me, niſi ſi quà iudicij faculam intuli. *Romana inſcriptio.*

De inſcriptione autem præſenti non deſunt qui VVandalicam opinentur, non G. ANT prout nobis apparet, ſed S. ANT: *Scant* Secundò charactere eliſo aut eraſo legentes, deriuatum ſcilicet à Schandianis, vnde colluuies illa Barbarorum erupit, Inſulis; addentes quemadmodum Gothis; quaqua imperium extenderent ſolenne fuit, turrium faſtigia inſigni gentis ſuæ Gallo coronare, ita VVandalis Sueuiſque proprium ſuperliminaria portarum aut ſcripto, aut Vrſo ſignare, & exemplum vtriuſque dediſſe Gandauum huius in veteri Blandinienſi; illius in huius Arcis frontiſpitio. *Explicata. Scandianæ Inſulæ. Gallus in templis vnde. Vrſus Vãdalorum.*

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

 CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XVII.

TAmen demus Romanam eſſe, & Gaium Antonium ſiue Antiſtium deſignari, non ideo conuinces opus hoc Romanum eſſe. Potuit enim inter quiſquilias & dirutarum à Barbaris molium hæc epigraphe reperta à priſcis Antiquitatem propagare volentibus conſpicuo hoc loco inſerta. Potuit etiam fieri in ruderibus operis Romani aut VVandalici
Deſcripta Petra. reſtitutam per Comites. Sed ingrediamur & ſequere per hos gradus. Viden hæc diuerticula & non vnum conclaue? Hic
Conſilium Flandriæ ſedes eſt Concilij Prouincialis, quod vice Comitis ius dicit, & Inſula tranſlatum eſt Gandæque quod ammodo, ſtabili-
1409. tum à Ioanne Diuionēſi, Anno CIƆCCCCIX ſuperius atrium occupabant, poſtea commoditatis gratia deſcenderunt, ve-
Numerus Senatorum. niente in numerū Præſide Equeſtris ordinis, numero ſeptem olim, nūc octo Conſiliarij, accedentibus ſubdelegatis, An.... Commiſſarijs quatuor, inſtituti, Procuratore & Aduocato Fiſci, Quæſtore obuentionum; ſubſeruientibus Scriba Tribunalis, Notarijs, Cauſarum Patronis, & Actoribus accenſis, Nuncijs alijſque aliquot. Senatus autem per Ioannem Du-
Primi Conſiliarij. cem conſtituti Perſonæ fuerunt Simon Formelius, Iacobus Lichterueldius, Gulielmus Helevvin, Equites, Henricus Goothals, Daniel Alardi dictus Perceual, Iacobus Tenners, Antonius VViſſot, Theodoricus van Roye, Nicolaus du Cheſne, Victor Bauedam, Rolandus Moorkercke, Suiotus Boijns.

Nunc Gulielmo van Cornhuſe Prēſide hi ſunt: Petrus van Steelāt, Marcus de Hertoge, Gulielmus de VVijt, Ioannes de la Torre, Screuelius vā Driele, Luduuicus Dāhoudere, Iacobus de Bloys, Ioannes de Coucke, Ioānes Iacobus de Brabāt, Carolus Trieſt, Procuratore generali Antonio Schoorman,

Cura-

Series Præſidũ Flandriæ.

Curatore fiſci Henrico Malachi. Præſidum primæ litteraturæ & prudentiæ, ſeries hæc eſt. Primus Inſulis Petrus vanden Zijpe Gand: etiam Gubernator Gallicanæ fl: ob: 1404. Petrus van Candonca: An. 1407. Aldenarde Simon de formellis Gandaui ob An........ Goſvvinus Seluagius An: Cortraci. Ægidius vande VVoeſtine Ipris. An....... Andreas Colins Gandaui An....... Thomas de Plaine .... Paulus de Baenſt Dominus Formeſelæ .... Ioannes Siluagius pòſt Cancellarius Brabantiæ ...... Philippus Nieulant D. Landegem pòſt etiam Priuati An. ...... Richardus Renigher An....... Nicolaus Vrenhouius...... Petrus Taiſpel ...... Luduuicus vã Eilvvegẽ .... Adrianus Burchtius pòſt Parlamenti.......Iacobus Martens, Guilielmus à Pamele Priuati præſes ...... Ioãnes de Blaſer An.. ... Nicolaus Damant Cancellarius Brab...... Iacobus Bogart, Iacobus Liebaert, Parlamenti...... Gulielmus Cornhuſe. Inter Conſiliarios etiam clari & hinc ad alias euecti dignitates fuêre plures.

CAPVT XIIX.

Palatium Principis.

tSanders Walle.

Lapſus Marchantij

Groenẽ briel.

DIxi ſupra *Petram* Comitis & carcerem fuiſſe antiquitus & palatium, addo illud obtinere adhuc, hoc non item. Principes enim Maleanus, Niuernenſis, Bethunienſis & Dampetræus, cùm ob ſeditionis plebeiæ metum rarenter Gandaui agerent, vagum vacuumq́ue Palatium hoſpitio ſuo ineptum reddidêre. Interim elegantem in inſula ſolitaria locum occupans, prætorium Alexandriadarum (*Tſerſanders*) nobilis hoc tractu familiæ, ab auctore gentis VVallũ Alexandri (Xanders Walle) dictum, ab illis ipſis poſſeſſoribus, non *VVallijs*, vt perperam credit Marchantius, ad pios vſus relictum, interueniens Princeps ſibi arripuerunt, religioſis virginibus

Digitized by Google

nibus alterum in Vielæ pratis locum in vicem concedens. Tendimus nunc eò,& appropinquamus, & ecce vides pontem ſublicium, aream tribus inædificatam lateribus, Sacellum ibi principale, ex aduerſo atria,alibi Gynæcæum, & ſeriatim cubicula ſpecie quàm ſpatio magis commendanda; At ingrediamur, vt cunabula Cæſaris Caroli & anguſtum tam Auguſti puerperium contemplemur. Viden? Hîc hypocauſtum ſiue focus erat, ex oppoſito cubile, proſpectus in hortum ponte ædibus iunctum,aquis ſeiunctum. Ædificium hoc totum Philippi Boni bonum opus eſt, camerarum proportio Sere.mi Archiducis Alberti, aularum diſpoſita ſeries Philippi R. Caſtelli. Supernates illæ cellulæ Nympharum ſunt,& auertendæ non tam luci,quàm dolori oculorum hęc feneſtrarum ſunt repagula.

Deſcripta amplius arx.

Natales Caroli V.

CAPVT XIX.

RIſit ſuauiter hęc audiens Hamconius, ſed mox in aliam verſus faciem attonito ſimilis, Quid, inquit, rugitum audio? Etiámne hæc reſpublica *catulum Leonis*, immemor prouerbij, aut *animal caruungium* ignara Pythagorici moniti alit? Ita, excepi, maximè nec Leones modò, ſed & Vrſos, & nonnumquam Aquilas, non tam memoriæ Caroli V. hîc nati, aut maieſtati Vrbis in Belgio primariæ,quàm antiquitatis merito. Duellum enim Anni CIↃCCCCXLVII Leonis
1447. cum tauro, vbi illius victi vngues pectuſque animoſum, huius furibunda cornua proſtrauêre: conflictus eiuſdem cum
1404. Vrſo, An. CIↃCCCCIV ſed impare: Eiuſdem An. CIↃCCCLX
1360. vincula euadentis furor trium laniena hominum æſtimatus: Eiuſdem ſub Philippo Elſatio viſi ſpectaculi arguunt longè ante Caroli V. natalem Leones Gandaui alitos aut habitos, ob id opinor, quòd tempore Elſatij Leonem gentilitium Flan-

Leo ibi alitur.

Etiam ſolet Vrſus.

Idq; ab antiquo.

Cauſa quæſita.

Flandriæ inſignibus primò inſculpentis, primi idipſum imitati Gandenſes ſcribantur, æquum rati Flandriæ caput vultum cum Flandria eundem oſtentare; & rei memoriam, regijque ſplendoris monumentum fouere voluiſſe. Nec diſſimulabo Leænæ huius Gandenſis exemplo veteres quoſcumque Scriptores fidei periculum adijſſe, vno ore clamantes: Leoni ita inimicum Gallinaceum, vt quiduis priùs, quàm eius ferat præſentiam; cùm tamen hæc noſtra area caueaque, ijſdem, non ſemel tulerit præſentem imò crocientem. Nec pigebit audire Viri docti longiùs petitam coniecturam, aſſerentis *ob exonerationes tot Ganda fluminum*, Leones in armis & caueis hîc oſtētari. Nec dubito quin reſpexerit ad morem Ægypti, quę vt ſole Leonis ſignum percurrente apertis Nili repagulis inundatur, ita Leonis ſtatuam aut caput ære fabricatum ſolet ore patulo oſtijs domuum, & ſcaturiginibus fontium imponere; exemplo non ad Romanos tantùm, ſed ad Belgas etiam tracto.

Inſignia Flandriæ & Gande.

De Gallinaceo contra veteres.

Exoneratio Fluminum.

Hyeroglyphicon Leonis.

CAPVT XX.

In faciem Cecropi verſo poſt fata Leonis
Galli litabant victima.
Leges Gandaui validas vigilantia ſeruat
Meliore quanto victima!

REx Leo quadrupedum eſt, volucrũ Regina Aquila, qualem imperio Caroli Cæſaris, & Philippi Ducis tenuit, nutriuit Gandauum, an etiam alijs interuallis neſcio: certè in Blandinięſi cœnobio Aquilam hodieque nutriri ſcio, & cauſam neſcio. Vrſum etiam familiariter & aſſiduè aſſeruari ſolitum ab aliquot ſeculis in Bauonenſi cœnobio, docent monumenta loci; & ego reor antiquitatem nō contemnendam

Aquila etiam nutrita.

Item Vrſi.

 redolere

Digitized by Google

redolere à Vandalis, quorum hoc inſigne. Adeò vt memoriæ datum ſit quatuor nobilitatis Flandricæ Primates *Beros:* Vrſos Flandriæ dici; non vtique à Banda ſiue vexillo, vt ijdem ſint cum Baronibus, quod putat Marchantius, ſed quòd in picturis veteribus ſigna militaria quatuor illis credita, ab *Vrſis* Geſtari videantur, cùm alij Barones, ſiue, vt Procopius vocat *Bandophori* in Bandarum ſuarum geſtatore varient. Nec vero ſimile *Beren* vocem contractam ex *Banderheren*, (ſic Barones appellamus) cùm omnes ad vnum antiqui dignentur Berorū nomine ſolos hos quatuor *Ciſoignæ* nimirum, *Pamelæ*, *Boularæ*, & *Heynæ* Dynaſtas, & eodem tempore & pagina alij *Banderheri* nuncupentur.

Beri Flandriæ unde. — *Vnde dicti.* — *Non eſſe eoſdē cum Baronibus.* — *4. Beri tantum.*

Petra Comitis poſt hæc egreſſi pontem quoque Comitis tranſijmus, & Mariæ Chriſtum ſcripturientem baiulantis Iconem ſalutauimus, indeque reflexo greſſu ſummum pontem petijmus ſtatuam parentis filium capitis reum truncaturi videntes, quam, vt inſcriptio referebat, *Vetuſtati obſoletæ poſtliminio reſtituit* S. P. Q. *Gand. Nobilibus Ioanne Baptiſta Rodoanio Domino de Bieze, Philippo Seclynio Herpelgemio Coſſ. Anno* CIƆIƆCIX. Inſcriptio autem vetus hæc erat.

Sgrauēbrugghe. Hooftbrugghe

AE GANDT LE EN-FANDT FRAEPE SAE PERE SE TAETE DESMY. MAEIS SE HEPPE ROMPE SI GRACE DE DIEV. M. CCC L. XXI.

Quainſpecta: Hem, inquit Hamconius, quid hoc eſt idiomatis, Gothicúmne an Vādalicum? Neutrum, inquam, ſed Romanum adulterinū, id eſt Gallicum: & ſignificat Gandaui filium à patre decollatum, ſed vibratum eſſe Dei virtute ruptum: quod autem pectori carnificis inſcriptum vides, Flandricum.

Dit es de wethelickhede der ſtede van Ghendt
Die honde hem die daer is ontrent.

Significat reum fuiſſe & à Iudice vinctum.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXI.

Sermone ambulario dum ſic diem fallere conamur, fallit nos idem & nigrum Syrma trahens Heſperus diuertere monet, & cõtracto viæ colloquijque velo domuitionem cogitare. Cui vacantes ad paſſus pæne ſingulos velut numerum, eandem Hamconius cantilenam ingeminabat. Dij boni! quam, quantam, qualemque Vrbem! in qua orbem vides, & in orbe miraculum, vt nihil mirer Barlandum in ſuo Vrbium Belgij indiculo vocare *fluminibus nobilem, amœnam, ſpacioſam, innumeris cultiſq. domibus, facundis virorum ingenijs, antiquis moribus, frugalibus mage quàm parcis, cælo per benigno.* Eraſmum in Epiſtola ad Vtenhouium: *non arbitrari ciuitatem quaqua patet Chriſtiana ditio reperiri, quæ cum hac conferri queat, ſiue ſpectes amplitudinem, ſiue politiam, ſiue Gentis indolem, &c.* Lipſium ſuſpicere in Gandenſi Vrbe amplitudinem, populo induſtriam, clero maieſtatem, Hiſtoria res geſtas, ſi ab æquo iudice cenſeantur, quibuſuis veterum conferendas. M. Vrintzium autem ſic canere: *Encomia Ganda.*

Româ ſuo Tiberi, famoſa Colonia Rheno eſt,
Leodium Moſâ flumine grande tumet:
Dilia Louanium beat, Atuaticumq. Tabuda;
Londinum Tameſis, Sequana Pariſios.
Pulchræ omnes, amplæq. Vrbes, pulchra omnia & ampla
Flumina, diſtinctis ſingula quæq. locis.
Vnam ſed Gandam iuncto ſimul agmine ditant
Oceanus, Schaldis, Liuia, Liza, Cala.

Et alibi idem:

Delicium terræ, Flandri decus orbis, ocellus
Belgicæ, & enixo Cæſare Virgo parens,
Concilio illuſtris, bello horrida, florida pace,
Pulchra ſitu, felix aëre, diues aquis:
Gandauum breuiter. nil vltra quære, nec Vrbem,
Verùm orbem in tanta mole videre puta.

IANVM porrò LERNVTIVM hoc
ei Encomium pangere.

FElix Gandauum Flandri caput orbis honoſque:
  Olim Clarineæ quam poſuêre manus.
Seu libet auctorem potiorem agnoſcere Gaium;
  Cæſaris auſpicijs fama tibi orta vetus.
Quæ modò macta volat, nomenque tuum omnibus oris
  Didit ouans, qua Sol occidit aut oritur.
Tu bello, tu pace potens, nullique ſecunda
  Iuſtitia antiſtans & pietate viges.
Te facilis frugum tellus, te liquidus aër,
  Mitiſque, & rerum copia larga beant.
Terna tibi centum permanant flumina pontes:
  Commoda quis credat vni ea nata loco?
Dumque tributa ſuis exponunt obuia ripis,
  Murmure compreſſo te venerantur Heram.
Et tua tecta iubent ſemper ſublimia ſtare,
  In pelagus prono dum pede lapſa fluent.
Primus carbaſeo ſcapulas velatus amictu,
  Celſaque taurina cornua fronte leuans
Schaldis iter ſignat, curſuque per arua citato
  Velox præcipites voluere gaudet aquas.
Liuia mox ſequitur, redimitus arundine crinem:
  Impetus eſt illi ſed minor ire citum.
Liſa pari properans lapſu liquidum incitat agmen:
  Fratres germanos, tergeminoſque putes.
Siue magis Scaldin libet appellare parentem,
  Cuius vis fluuio maſcula maior ineſt:
Sanè eat inter eos hoc nomine Schaldis honeſtus,
  Dum modò ſit natus Liuia, Liſa nepos.
Diffuſa es ſpatio ingenti: non amplior ipſa

Eſt

Digitized by Google

Eſt Mediolanum, ſit ſpatioſa licet.
Curia te Princeps decorat; tibi limina mille
Paſſim regifico cultu operoſa nitent.
Templaque Diuorum conſurgunt ardua, nubes
Fronte ferire putes, & domum adire Iouis.
Nobilitaſque frequens antiqua à ſtirpe parentum
Floret adhuc, nullos degener inter auos.
Artificum tibi multa manus: manus innumera illa eſt
E lino & lana quæ probè texta ſtruit.
Hanc tamen exſuperat, ſic aiunt, nautica pubes
Tranſtra colens patrias plurima propter aquas.
Sex intrà muros, & viginti inſulæ, amœnam
Atque admirandam te meritò faciunt.
Illic credibile eſt ſalientes aggere in alto
Naïades feſtos ducere ſæpe choros.
Dux quibus alma Dryas comtis ſpectanda capillis
Molle iecur iuuenum percutit igne nouo.
Ante alias laus priua tibi eſt cunabula ſummi
Principis adſerues quod tua in vrbe ſacra.
Illa diu exhibeant populis ſpectacula grata,
Hoſpes ab externa quæ procul orbe petat:
Adſpergitque volens violis, nimboque roſarum:
Hæcque ſuo mittens pectore verba ſonet.
Felix Gandauum, talem quæ ſola tuliſti,
Qualis ab Auguſti tempore nemo fuit.
Perge datum pignus ſeruare in ſecula ſera:
Tu mihi vel domina es non minor Vrbe Remi.
Tempus erit, nec priſca oberunt, miraculum in orbe
Gentibus octauuum quum memorabile eris.

Dixerat Hamconius, & plura in hanc rem alienis verbis prætulerat, me annuente & applaudente, & interim ad hoſpitium cubiculumque præeunte; vbi vix conſidenti, iterum compellans. Per deos inquit, & lares magnos loci huius

Digitized by Google

cumflexam, quod *gor* ſiue *ger* & *u* lineatum quod *um*, ſiue *un* ſignat, eſſe tertiam, legẽdumq; *Gorduneam* conformiter opinioni multorum aſſerentium *Gordunos*, Cæſari nominatam gentem hîc loci coluiſſe, reſpondente vocis etymo ſitus Blandinienſis montani; **Goo?** enim, vti antea ſcripſit Marchantius, paludem; **Dunnen** colles in ſtagnis aut ripis tam fluminum quàm Oceani: vnde, à Blandinio *Corturiacum* quod à *Gorduniaco* haud procul diſſidet, vſque media habitaſſe ſupra dixi. Vetus carmen non ſemel laudat Meierus tale, *Gorduni Cæſaris hic* *Eorum etymon.* *Habitatio Item.*

Hanc CLARINÆAM *veteres dixère Coloni,*
GORDVNI *populiq́ truces coluère Sicambri,*
MERCVRIO CÆSAR *Chriſto ſacrauit amandus.*

In quo licet Gordunorum nomen & Coloniam exprimat, addit nihilominus locum *Clarinæa* vocatum, vnde Lernutius in Encomio quadrimembris Flandriæ. *Clarinæa Vrbs dicta.*

Felix Gandauum, Flandri caput Vrbis honoſq́,
Olim CLARINEÆ *quam poſuère manus:*
Seu libet auctorem potiorem agnoſcere Caium
Cæſaris auſpicijs fama tibi orta vetus.

Quæ illæ *Clarineæ manus*? cùm non Clarium Apollinem, ſed Mercurium hîc loci cultum meminerint Hiſtoriæ? *Ganda Caſtrum.*

CAPVT XXIII.

QVicquid eorum ſit, ſiue à Gaio, ſiue à Vandalis dicta ſit, fuit & dicta fuit *Ganda Caſtrũ* propriè, vt ſupra docui, locus, vbi nunc arx Carolina. Cæterũ pluribus habitabatur locis littoralis hæc planities. *In monte qui Blandinius* olim (quia candicanti vertice olim è decliui venientibus appareret) dicebatur, plures fortunarum ſedẽ fixerant dicti in reſcriptis Principium *Homines* ſiue *de familia S. Petri.* Et ne ſuſpicemur *Blandinij etymon.* *etiam id habitatum.* *Homines P. Petri.*

Digitized by Google

mur hos clientes intrà cœnobij ſepta habitaſſe, donationes
Curtis. exſtant *Curtis in Blandinio* per Alelmum, & alterius per
Audeburgins. Iuttam factæ ante annos octingentos. Similiter habebat
Audeburgus ſuas appendices; & diuerſabantur præter præſi-
Fideles Caſtri. diarios & cœnobitas in eius ambitu partim *Fideles Caſtri,*
Homines D. Bauonis. partim *Homines D. Bauonis.* ſic enim dicebãtur alterutrius par-
tium clientes. Habitabatur etiã longo tractu ripa Legiæ ver-
Truncinium cultum & ripa. ſus *Villam Truncinium vbi Caſtellũ fuerat*, & Schaldis à plebe
A populo rudi. parùm culta magis rudi & dura. Ita vt opus habuerint, teſte
Audoeno, D. Amandus & alij veritatis Euangelicæ præco-
nes, nimium quantum laboris & authoritatem Regiam Da-
goberti impendere ad præſtandum aliquod operæ pretium.
752. Et rurſus Anno, IↃCCLII. exorto inter ciues ob cultum
Tumultus Gandæ ſacrarum imaginum tumultu, tanta animorum contentione
Hildeberti martyrium. eam oppugnauerunt, vt non erubuerint Hildeberto Archi-
mandritæ Bauonico, viro ſanctimoniæ laudem adepto vio-
Portum fuiſſe etiam lentas manus inferre. Portus ad extremum à rei nauticæ o-
perarijs habitabatur, & claſſis ibi adornatæ luſtrandæ gratia
Carolum huc Magnum veniſſe, & hinc Aquas petijſſe in
ſcripta relatum eſt, à Reginone.

811. Vnde petita hæc Chronici ad Annum IↃCCCXI. verba
Schalt Fluuius. ſunt: *Carolus Magnus veniens ad Schalt. Fl. loco qui vocatur*
Locus Gãt. Gant, *naues ad eandẽ claſſem ædificatas aſpexit, & circa medium*
Naues ad claſſem ibi ædificatæ. *Nouembris Aquas diſceſſit.* Nec obſcurè colligas ex his ſi por-
tus inſtruendæ claſſi, nauticam; ſi meritæ ab Hiſtoricis cele-
brari ſeditiones, plebeiam; ſi quatuor diuerſis ſparſę locis, ha-
bitacula in popularem turbam frequenti numero extitiſſe.

CAPVT XXIV.

Docui hactenus qualiter diuerſis locis habitata hæc flu-
minum confluentia, ita tamen vt propriæ locus veteris
Caſtri,

Digitized by Google

Caſtri, quo nunc Carolina conſpicitur *Gandæ* nomen obti- *Vaſtatio Gandæ.*
nuerit. Poſt receſſum Normannorum, qui Anno IↃCCCLI 851.
Gandauum ferro & igni vaſtauerunt Vetus Caſtrum & Abba-
tia *in deſertum*, verbo illo vtitur Chronicum, redacta mona-
chis poſt XCI annorum exilia poſtliminio reuerſis. Et de- 91.
inceps apparet nomen *Ganda*, imò *Caſtri Gandæ*, ſi non alte- *Nomen Gandæ la-*
ri loco attributum, certè latiùs extenſum, teſtibus Abbatiæ *tiùs exten-*
Blandinienſis ante Bauonicam reſtitui cœptæ reſcriptis. *ſum.*
Quorum vnum donationis Præpoſituræ in Cantio Angliæ *Præpoſitu-*
regno diſertis verbis *Eatgarem Regem* tradit *Beato Petro &* *ra in Can-*
cœnobitis Eccleſiæ de GANT *(* notate ortographiam migran- *tio.* Gant
te in locum veteris delta affine duriuſcula Tau*) quæ in mon-* *dictũ Blan-*
te Blandinio trans partibus marinis eſt poſita. Datum Anno *dinium.*
IↃCCCCLXIV. Signatum. *Ego Edgarus Chriſti gratia conceden-* 964.
te Anglorum Rex & Rector anno ſexto regni mei menſe Au- *Ritus cruce*
guſto, hanc donationem Chriſti crucis Agalmate annotaui & con- *ſignandi.*
firmaui, &c. Obſeruandus diplomata cruce ſignandi ritus.
Clariùs autem *Arnulphus adminiculante ſupremi Regis cle-*
mentiâ Marchiſus refert *monaſterium à S. Amando dedica-* *Imò Caſtrũ*
tum iuxta fluenta Schaldis in CASTRO GANDAVO *Gandæ di-*
(notanda vocis huius antiquitas*) quod Blandinium vocitauit* *ctũ Blan-*
literis *regnante Luduuico Imperatore, anno 6.* exaratis. Vt ex *dinium. Gandaui*
his ſatis appareat montem Blandinium è primis habitari *nomen.*
cœptum per monachos.

CAPVT XXV.

IN *loco autem tribulis repleto*, ait Chronicum Bauonenſe, 934.
quidam piſcator vidit tres viros, anno IↃCCCCXXXIV *præ-* *Occaſio re-*
dicentes cœnobij reparationem ſecutam inchoante Eggerico quo- *ſtituti cœ-*
dam Anglo diuite ſed morbido. Qui monitus in ſomnis Gandam *nobij Bauo-*
firmiſſimum quondam Caſtrum & cœnobiũ petere, obaudienſq́, *nenſis. Dictũ fir-*
ſanita- *miſſimum quondã Ca-ſtrum.*

Digitized by Google

ſanitatis recuperatæ mnemoſynon reliquit. Quibus ex ver-
Audeburgum habitatum. Vrbem mox reſtitutam.
bis colligere eſt etiam haud multo poſt Audeburgum habi-
tari cœptum, ſed à religioſorum quàm ciuium turba magis.
Vrbem interim è primis Flandriæ mox reſtitutam docet
celebris totius Flandriæ procerum conuentus Gandaui in-
913. dictus anno IↃCCCCCXIII formandæ reipublicæ & prouin-
ciæ, vt de loco ſit primùm indagandum.

Tempore Arcis Othonianæ per Cæſarem extructæ, id
949. eſt, anno IↃCCCCCXLIX refert ex veteribus Meierus *Gan-*
Gandenſes inter Schaldim & Legiam habitaſſe. Item in portu Herehem.
denſes INTER SCHALDIM ET LEGIAM *tantùm*
incoluiſſe. Magis ſpeciatim Chronicon cùm Arnulphum
Comitem dixiſſet *portum in loco* HEREHEM *dicto ſtruxiſſe,*
habitantes in eo Gandenſes appellatos addit, cùm tamen propriè
vetus Ganda fuerit vbi Eccleſia D. Bauonis Et hinc eſt aliquo
Qui pro Ganda ſubinde dictus. Portus pro Vrbe.
tempore ſcriptores loco Gandaui *Portum* aut adiecticio *Por-*
tum de Herehem dixiſſe. Ita nimirum VVithmanni Comitis
vxor obijſſe legitur in PORTV HEREHEM. Ita Hen-
ricus Cæſar PORTVM, id eſt, vrbem interprete Meiero,
ſumma vi oppugnat; ſed Balduinus Comes cum delectiſſimo præ-
Mœnia Vrbis.
ſidio hoſtem fortiſſimè pugnando ſemel aut iterum à MOENI-
1007. BVS *repulit,* factum anno CIↃVII.

Vbi Herehem fuerit.
Herehem autem quo loco fuerit non obſcurum erit æſti-
mare legenti fanum Ioannis, an: IↃCCCCCXLI ædificatum,
quod hodierni opidi ferè occupat meditullium. Portus ita-
que ſiue Vrbs in Herehem mediocriter culta, mœnibus &
1007. quidem validiſſimis cincta niſi fuiſſet, non ita temerè annis
1020. CIↃVII & CIↃXX Cæſaris obſidionem & oppugnationes
Bene munitam fuiſſe Vrbem 4. Portas habuiſſe.
feliciter tuliſſet. Portis aperiebatur quaternis; Imperiali
(quæ demum à propinquo S. Georgij templo nuncupata)
Brabantica, Torhaltada, Ketelaque vnde mos in priuilegijs
obtinuit vocandi ciues intrà IV portas habitantes, ſub Elſa-
tijs & Inſulenſi.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXVI.

CViuſmodi porrò plebis fuerit exercitium & nundina- *Plebs qua-*
tio bina Chronici loca oſtendunt. Ad annum quidem *lis.*
IϽCCCCXXXIIX. *Erant* inquit, *in territorio & Villa memo-* 938.
rati Caſtri laici, qui ab officio Coriarij dicebantur. Et alibi *Baldui-* *Coriarij.*
num tertium eo nomine Comitem, ait, *textores fulloneſq́ circa* *Textores.*
annum IϽCCCCLX. *in Flandriam traduxiſſe*, quorum paulò 960.
poſt quæſtus popularis opulentiæ baſis extitit, & tumultuum
inſigne Seminarium. In tumultu porrò plebis ad annum *A quibus*
CIϽCLXIV cùm Principes factionum laudantur texto- *ſæpe mo-*
res, fullones, piſcatores, lanij, non obſcurè innuitur, *tus.* 1164.
eos primam in plebe lineam feciſſe. Quemadmodum au- *Piſcatores* *Lanij.*
tem Coriarij in diſtrictu Caſtri, piſcarij circa portum, ita
textores circa montem Blandinium antiquitus habitarunt, *Structa Ec-*
& collaticio ære, quã ibi ſpectamus elegãti opere Eccleſiam, *cleſia à textoribus.*
extruxerunt. Præfuiſſe reipublicæ Viros Nobiles ex quatuor *Reſpublica,*
tum & nunc notis ſtirpibus, refert alibi Meierus: quod mihi
parùm videtur vero ſimile, cùm inueniam diuerſum in vrbe *Videri er-*
regendi morem & plura tribunalia. Archimandritæ enim *raſſe Meierū*
Gandenſis & Blandinienſis cœnobiorum per ſuos *Ho-* *Tribunal*
mines vt loquebantur ius dicebant, & videas hodieque in *ſancti Petri*
crepidine montis Blandinienſis & Vrbanæ iuriſdictionis li-
mites deſignatos, & perſeuerare iuriſdictionem Cæſaris in
nouo Caſtro: Præfectus *Arcem & eius ſuburbium* colentibus *Iuriſdictio.*
præerat. Reliquæ Vrbi *Scabinos* iam tum *Tribunos*, *Decanoſq́* *Arcis.* *Scabini*
dominatos ex reſcriptis Principum didici, & priuilegiorum *Tribuni* *Decani.*
chartis. Ad extremum munimenta opidi huius inuenio par- *Munita*
tim à Balduino Comite ad annum CIϽLIII; partim à ciui- *Vrbs.* 1053.
bus ex priuilegio Comiti Elſatio per tumultum extorto, per-
q́ue Margaretam anno CICCXCI confirmato non vrbem 1119.

E 2 tantùm

Itē domus. tantùm, ſed & domos pro arbitrio ſuas firmare & munire
Acker-ghen. potentibus. Vnde ager & vicus araticus (Ackergem) à Dominis tum loci Gauerorum hac parte anteceſſoribus vallatus in conſpectu opidi.

CAPVT. XXVII.

Opidi incrementa. Reſtat nunc æſtimare opidum quale per annos ab hinc quadringentos creuit & auctum eſt certis vt gradibus ita interuallis. Sub Elſatijs Comitibus & Balduino Con-
Littus habitatum. ſtantinopolitano omnibus latè portis & portibus littora habitabantur, quamuis necdum vallis cincta, ſub Fernando
1213. anno CIↃCCXIII poteſtas muniendi, & annū CIↃCCXXIII
1223. reipublicæ moderatores nulla non parte pomærium extenderunt. *Regionem Transſcaldanam & D. Bauonis*, id eſt, Ande-
Ouer-ſcelle. Sgrauen-ſteē. Muy-poort. burgum, *Caſtrum vetus*, id eſt, Petram Comitis *cum area D. Pharaildis*, *Vicum Caſtri & Mudam* ciuitati applicuerunt, portamque ex aduerſo Mudanæ cognomento cum ponte
1254. Comitis inſtruxerūt. Guido anno CIↃCCLIV homines agentes vltra pontem Brabantinum hactenus proprios ſenatores habere ſolitos ſubijcit ſcabinagio Gandenſi. Quamquam de Petra Comitis quod interpretatus ſum, ob vicinā S. Pha-
Explicatus Meierus. raildis aream ibi nominatam, non nihil in dubium vocauerit
1275. idem Meierus ad annum CIↃCCLXXV referens *Vetus Caſtrum de conſenſu Margaritæ Gandauenſes Vrbi adiunxiſſe.* Quod illud vetus Caſtrum? non vtique Audeburgus nomine trans-
Vetus Caſtrum pro nouo. ſcaldanæ & Bauonicæ regionis ſupra dictorum comprehenſus: nec Petra Comitis nomine Caſtri veteris & cum area D. Pharaildis expreſſa, ita vt aliud non occurrat quàm *vetus Caſtrum* Meiero hîc ſcribi pro nouo, id eſt, Ottoniano circa hoc tempus mœnibus incluſo & vrbi etiam cum diſpendio ſui adiecto.

Anno

Anno demum CIↃCCLXXIIX id eſt, triennio poſt denuo 1278.
prolati murorum limites & quicquid agri pontem D. Ba- Sbaerſ-
uonis & Mudanum interiacet, rurſuſque inter foſſam nau- brugge.
ticam nouumque alueum Legiæ fluminis ad vſque viam Nieu-
Brugenſem Comes opido vendidit quater mille quingentis Leye.
libris groſſorum, totumque illud ſpacium vallo obſeptum
eſt, ita vtante Guidi Principatũ amplitudinis ſuæ faſtigium
vrbs pœne attigerit, niſi quod alibi, partium acceſſione vi- Ackergẽ
deri poſſit adiuta. Ita nimirum anno CIↃCCLXXIV Vicus Ac- 1274.
kergemi à Razone Gauero conceptus. Ita & alia loca, pri-
uatis parentia Dominis Senatus diuerſis temporibus coë-
mit. Ita præcedenti ſæculo temporibus Caroli V. pars mœ- *Munimenta.*
nium lapideo opere ducta, portæ tres eleganter extructæ,
pontes foſſæque alibi è fronte. Ita nouiſſimis turbis præter
Vallum vna opidi parte ductum, propugnacula etiam om-
nibus locis diſpoſita moleſque terreæ, & diuerticula porta-
rum nouo ritu adornata; ita, vt non immeritò cum munitio-
ribus (excepto mari aut hoſti obiectas) vrbibus queat con-
tendere.

CAPVT XXIIX.

ET cùm ſoleat exteris hæc opidi amplitas eſſe admiratio-
ni ſubijciam dimenſiones eius ſingulis poſt ſæculis fa- *Amplitudo opidis*
ctas. Anno CIↃCCLXVI ita frequenter intrà & iuxta portas 1266.
habitatum Gandam tradunt ſchædæ populares, vt biduum *Biduo opus ad obeundũ*
inſumere neceſſe habuerit, volens extrauagantes eius fim-
brias obire. Ioannes à Curia Senatorij ordinis vir mandante
Senatu ſtationarias vices deſignaturus. Anno CIↃCCCXCVII 1397.
iuſſu Philippi Audacis mœnium circuitus dimenſus per Æ-
gidium Grotherum fertur impleuiſſe mille ſextentas &
octoginta octo perticas XIV pedum ſingulæ. Et Ioanne Duce

 volente.

Digitized by Google

volente facta dimenſio exteriori abitu confecit 3300 virgas
tredecim pedum ſingulas. Interiori autem longitudinis à
Mudana porta vſque ad Læuinææ̃ 1300. totidéque à Tender-
1427. vveert vſque Hoſpitalis portã ad Bauonis An cIↃcccccxxvII.
iuſtâ inter Bergarum, Dieſtæ & VVeſemalæ Barones ſpõſio-
Collatio cũ Louanio alijſq. ne, ſumptuque mille & trecentorum florenorum, repertum
Gandam Louanio in circuitu tribus virgis minus, Leodico
quinque, Colonia quindecim; Cæterũ Lutetiam Pariſiorum
vII virgis anteuertiſſe. Ad extremum dimenſio quã ab hinc
LXXX annis VVarnevvicus, An: XL Guicciardinus & Mer-
cator, anno X Bertius & Marchantius ex aliorum relatu in-
7. Miliaria Italica. ſtituêre libriſque editis publicauêre ambitum Vrbis ſeptem
Italicorum ferè miliarium facit, 45640. pedum Romano-
4. Leuca. rum, Leucarum quatuor.

CAPVT XXIX.

HOc ſpacium: nectamen inane. Cùm referat Varne-
vvicus ædium ſuo æuo extitiſſe pluſquam triginta
Numerus ædium. quinque millia, & alias decreto in ſingulos caminos tributo
inuenta, (non venientibus in numerum caſis proletario-
Caminorũ. rum & ſacris mendicantium ædibus) trecenta & quinqua-
ginta millia. E domibus autem publicæ omnes ſplendent,
priuatæ plures commodè magis quàm eleganter habitan-
Domus nobilium duæ in exemplũ. tur. Eminent gentilium de Fiennes & Luceburgo olim pa-
latium nunc Egmondana cum ſtirpe deuoluta poſſeſſio: Ra-
ueſteyiorum aliud, nunc Cliuiæ Ducis prætorium.

Refugia cœnobiorũ. Inter cœnobiorum diuerſoria ſiue refugia adornata Ba-
1530. uonicum Anno cIↃIↃxxx. nunc Epiſcopali ſubſeruiens
1526. palatio; Baudelonenſi, Anno cIↃIↃxxvI. Truncinienſe
1535. Anno cIↃIↃxxxv. & ſimilia viginti nunc in cœnobij for-
mam redacta. Inter domeſticæ nobilitatis ædes honorarias,
fuerunt

Digitized by Google

fuerunt Serſanderiorum quæ nunc Palatium Principis, &Mercinoniorum vocantur: Borlutiorum quæ nunc in Finennæ, & cœnobium Auguſtinianorum commigrarunt: Serſimoniorum vbi nunc domus biturris ſpectabilem pre ſe fert antiquitatem: Bettiorum vbi nunc Curia Comitum S. Pauli viſitur & alijs locis. *Mercenierſhuys.*

CAPVT XXX.

INter opera ciuitatis Fallæ ſunt vſibus textorum, Anno CIↃCCXXIIX erectæ, quas cùm in omnibus veterum ſcriptis tam Louanij quàm Gandæ, Hipreti, & alibi videam FALAS appellari, pro quo nunc Hallas dicimus, dubito ſæpius an non à **fallen** / ſiue vt modò lenitâ primâ loquimur **vallen** / id eſt, venum exponere, deriuentur. Sunt enim loca ſpacioſa & velut prætoria Arachnes, vbi officinatim pannos ſuos venditioni deſtinatos reponunt. Et quanta fuerint Gandaui numerus textorum textrinarumque indicaret. Textores qui ante potiores in plebem partes faciebant, & circa Blandinium incolebant, ſub Guido principe in certas diuiſi tribus, pro regionum vrbis quas occupabant numero viginti ſeptem, demum aucta opibus & commercijs vrbe tertium cœperunt membrum ciuitatis facere, & ſuum habere præfectum, quē Decarchum textrinulæ vocat Meierus. Feruntur extitiſſe 40. ſubinde textrinarum milia: mallem dicerent quatuor aut quatuordecim. Feruntur ad ſtructurã ædis Marianæ illuſtrem illam & ſumptuoſam ſingulę groſſorum libellum duntaxat tuliſſe & ſufficienter nummorum ad tantam molem congeſſiſſe. Feruntur in tumultibus ſub Maleano Principe feruentibus nihilo ſecius operis armati excurriſſe textores, fullones, & d genus lanariam exercentes vſque ad octodecim virorum millia, quorum operis definiendis deputata campana anno CIↃCCCCXLI Gellaforti appenſa. 1441.

Fala. 1228. Vocis Etymon. Loci Vſus. De textoribus. Tribus certæ. Reſpublica. Numerus. Potentia.

CAPVT

CAPVT XXXI.

Beilfort. **B** *Ellafortis* autem ſtructura admirabili quadratæ turris, ſu-
pernè quàm infernè x v. pedes latior, & ſua interim ſtans
mole annis iam ferè trecentis ſtrui, cœpta An. CIↃCCCXIII. in
1313. 80. Maio, faſtigio Anno LXXX. ſequente impoſito: & nomen pri-
ſcis Francorum legibus nõ incognitum adepta. Hic enim di-
Eius etymõ. ctæ turres eminenti ſiue loco ſiue ſtructurâ claſſicũ ære cam-
pano denunciare conſuetæ, & plebem ad ſigna vocari aut
comitia inuento plebeijs dominatibus ſubſeruiente. Vnde
Vſus. Imperatores Cameraci inſoleſcentem & Epiſcopo rebellem
plebecubam repreſſuri inter prima ſuſtulerunt *belfrotum*
1200. literis Anni CIↃCC: ne ſcilicet vllum deinceps populi con-
1317. ciliabulum coaleſceret. Gãdaui eadem propter Anno 1317
aut vt alij 14. Suſpenſa vndecies mille pondo grauis cam-
pana, cui Rolandus, ignota mihi cauſſa, nomẽ eſt, & ſcriptum
in ambitu: **Rolant Rolant als ick cleppe dan iſt brandt/ als
ick lupe/ dan iſt orloghe in Vlaenderlandt**: quæ aliàs hora-
rum nũcia, ſi inſonaret plebs armata cum vexillis forum pe-
Vſus campanæ bannalis. tebat, & Decanos ſuos velut belli Duces audiebat; certiſſi-
mum frequenter diſſidiorum erat ſeminarium. Quinqua-
ginta duo opificiorum Collegia ſuos ſinguli Decanos, &
vnum omnia Archidecarchum habebãt, & ſecundum Rei-
publicæ membrum conſtituebant, obſeruatumque non ſe-
mel ad claſſicum inauditum ſub ſignis habuiſſe raptim ad-
uolantes Decarchos hos viginti quinque armatorum milia,
Numerus ciuium. non exiguo æſtimandæ ciuium multitudinis argumento.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXXII.

TErtium & Secundum reipublicæ membrum conſtituiſ-
ſe præcedentes dixi & verè, primũ enim conficiebat Ci-
ues ſuis prouētibus vitam ſuſtinentes, nec mechanicã exer- *Primum Resp membrum.*
centes, quo numero & Patricij & Nobilitas domeſtica cenſe-
batur, cuius generis nominat Meierus gentiles de ***Bette, Bor*** *Nobilitas.*
luut, Serſanders, & Serſimons antiquitus primatũ Gandæ te-
nentes. Bettios licet à Beſtijs Romanorum familia quidam, De Bette
alij à Patauio, quod Symbolum gentis eſt; alij à Bettingemio *Gentis Symbolũ.*
aut Bettenturia oriundos velint; tamen conſtat à quatuor *Origo.*
ſæculorum decurſu Gandæ claros extitiſſe, nec foris mi- *Dominia aliquot rerum.*
nùs; vtpote qui Hinæ Baronatum, Altæ ripæ & Augerelli
Dynaſtias affinitate cum Maſtaignæ Dominis contracta ad *Et coniugia*
ſe transtulerint, A coniugijs cum gente *Meerſchia Bellam*
& *Helbeeam*, à Verderi *Peroniam*; à Gruteria *Schellebellam*,
ab alijs alia. Monumenta ſtirpis conſpiciuntur in Schelle-
bellenſi Parthenone Dominicanorum Gandenſium æde,
Meſſinis & alibi. Supereſt hodieque caput gentis Adrianus
Equeſtris ordinis Fontanæ & alibi Dominus nuper Archi-
duci Erneſto à poculis, Cardinali Andreæ, honorarius à cu-
biculo & Flandriæ renouãdis Senatibus ſubindeà Principe
delegatus, vir prudentiâ, humanitate, virtute non vulgari-
bus. Cuius vita functo nupero parenti Iacobo Vrintzij
extat Epithaphium.

Borlutij ſimiliter etſi referuntur eodem cum Bettijs tem- Borluyt
pore in Comitatu Arnulphi Comitis Genuâ veniſſe, & no-
men *Le Cerf* primitiuum deſeruiſſe tamẽ hoc indubitatum *Origo.*
eſt iam inde ab Anno CIↃCXX. inter Gandauicos Nobiles 1120.
reputari. Habuerunt Viros illuſtres Auguſtianorum Funda- *Fundationes eis.*
tores, Claranarum dotatores, Simonem, Anno CIↃCCCCLII 1452.

 lega-

Digitized by Google

Viri clari. legatum reipublicæ ad Bonum Ducem, Ioannem Equitem bello Groeningenſi clarum & alios. Superſunt hodieque Patricij aliquot ex eis & Rex Armorum Belgij recenter vi-
Matrimonia. tâ functus. Iuncti matrimonijs genti Bettiæ, Grauiæ, Ter-
Monumenta. mundicæ. Epitaphium habent in Ioannis vnicum, plura apud Auguſtinianos, interque plura hoc.

De Borluut iacet hic miles fortiſsimus olim,
1290. *Ioannes dictus nullo certamine victus,*
Anno CIↃCCXC.

Ser-Si-mons. Ser-Simonij propriè & ferè ſoli Gandę Aborigines dicuntur & orti à quodam veteris Caſtri Comite. Fuerunt
1447. populares admodum, & ideo dignitatibus non ita illuſtrati.
Viri Clari. Habuerunt Petrum An: CIↃCCCCXLVII. Balinum Blandi-
1390. dinienſem & cognominem Anno CIↃCCCXC Equitem. Extabant ante Iconoclaſtiam monumenta ſtirpis in D. Nicolai, nunc degenerarunt aut certè deſierunt.

Serſan-ders. *Serſanders* ſcribuntur Roma oriundi & Italis *La Luna* dicti in comitatu Arnulphi Comitis veniſſe. Hoc certũ pluri-
1470. mos Senatorij ordinis habuiſſe à tribus ſæculis, & habuiſſe Anno CIↃCCCCLXX Philippum Bauonis Præpoſitum, Danielem VVaſiæ Balinum, Franſciſcum Flandriæ VVatergrauium. Et priores his Ioannem Ducem in obſidione Iprenſi, Petrum in Groeningano & alios alibi. Atque has quidem quatuor in exemplum dediſſe ſufficiat Meiero ſolùm nominatas alias clariſſimas Vrbis ſtirpes ſuis locis vbi dominia poſſident aut poſſederunt deſcripturus.

CAPVT XXXIII.

Multitudo populi 80000. CONcludam id vna populi Gandenſis vniuerſim æſtima-
tione ex hiſtorijs petita. Tanta olim multitudine opi-
dum inundaſſe, author eſt Froſſardus, vt octuaginta ciuium
Armatorũ. milia qui per ætatem quindecim annos excedentem, ſexaginta

ginta non egreſſam arma ferre poſſent, cenſerentur. Ne miremur tanta virium fiducia extitiſſe, vt anno CIƆCCXCVII. *1297.* Eduardum Angliæ Regem florentiſſimũ cum filio & viginti peditum quatuor equitum millibus in vicino hiemantẽ non *Rex Angliæ repulſus.* ſine clade expulerint. Qui amplius ſub Maleano Principe tam enormi licentiam efferbuerunt, vt intrà decem menſes quadraginta ſupra mille homicidia patrata ſint in gaueis, *1040. Homicidia.* alea, venere, luxu famoſis. In obſidione Aldenardenſi Anni CIƆCCCLXXII continuos aliquot menſes hæſiſſe ciuium decem millia. *1372.* In pugna Groeningenſi egreſſos 8300. In Gauerana obtruncatos ex Vrbe & agro hominum ſedecim millia *Armati ad bella.* vix vllo ab exteris domi deſiderato. An: CIƆCCCXLIII. *Caſi.* concurrentibus in foro Veneris fullonibus, textoribus tam *1343.* cæſorum quàm læſorum numerata duo millia, vnde dies iſte *Ferales duo dies.* notatus atro calculo *malus dies Lunæ* cœpit vocari. Sicut diem Mercurij indigetant ominoſum ob textorum quadringentos quinquaginta an: CIƆCCCXI feſto Laurentij in tumultu inferiores, & cum ſocijs proſcriptos. Et init rationem Mathias Quadius multitudinis Vrbanæ, dicens Martinianam Curialem, & illam non è maioribus opidi, intrà ſuæ iuriſdictionis ambitum numerare quinies mille & quindecim ædificia.

CAPVT XXXIV.

IN tanta porrò multitudine quin multi virtute, prudentia, literis Famam autadepti aut meriti extiterint, nemo dubitabit. Ego vt ex vngue leonem æſtimandum proponam, ex vnaquaque celebrium claſſe nonnullos Gandaui natos, in exemplum producam, alijs copioſiorem ſingulorum meſſem relicturus. Natales imprimis debet huic Vrbi Inuictiſſimus Romanorum Imperator Carolus V. vt ſuprà dixi. *Caſar hic natus.*

Debet & Ioañes Eduardi tertij Angliæ Regis Filius, &
Theodoricus, Hollandiæ Comes Gandenſes exinde Gan-
dauenſis cognomen aſſumpſiſſe. Debent plures Flandriæ
Comitum liberi, etſi minùs curioſè id hiſtorici annotarint.
Solent enim, hîc quàm alibi ſæpiùs Reges , Principeſque
diuerſari.

Nobiles. Ex Heroibus & prima dignitate illuſtribus, tot fuerunt
quot familiæ, nec enim vnam primariam in Flandria dabis,
cuius non aliquot viros Ganda ſibi vendicet. Ex Prælatis
Epiſcopi. Læuinus Torrentius Antvverpienſiũ laudatiſſimus Præſul
& ſcripto in Suetoniũ Cõmentario, editis Sacrorũ Hymnis
notus; Raphael de Mar Epiſcopus Roffenſis, Philippus Mus
Anno cIↃCCLXXV. Tornacenſis, Petrus ad Vedaſti, VVil-
1275. *Abbates.* helmus à Ganda, & Valterus Blocq, ad Bertini Abbates.
Euſtathius Læuinus , & Ioannes Bauonicus, cuius extant
Quæſtiones Sententiarum , & libellus de Eſu carnium.
Antonius de Schoonhouen alijque innumeri. Ex Theolo-
gis Henricus Mudanus Pariſijs Doctor, ſolennis re & no-
mine ſcripſit Summam Theologiæ, De Virginitate, De
Pœnitentia & commentatus in Ariſtotelem Arnoldus Boſ-
cius & Philippus Kersbellus Carmelitæ; Vincentius de no-
uo Caſtro & Petrus Bacherius, Dominicani ſcriptis fami-
gerati.

Iuriſperiti. Ex Iuriſperitis Henricus Mudanus Philippo Pulchro
Francorum Regi à Conſilio & familiariter conuiuens. Phi-
lippus VVielandus Eques & ſcriptis de vſu Flandriæ Feudo-
rum clarus. Carolus Rymius Eques Bellemi Dynaſta &
Maxæmiliani Cæſaris ad Turcos Legatus.

Medici. Ex Medicis Hieremias Brachelius celebris Louanij Pro-
feſſor, Nicolaus Bieſius Maxæmiliani Cæſaris Archiatrus.
Balduinus Ronſæus, & Petrus Buccius etiam non ignoti vti
& Ioachimus Martini.

Philologi. Ex Philologis Maxæmilianus Vrintzius : Hadrianus
Daman-

Digitized by Google

Damantius: Daniel Henzius, Cornelius à Marca, Franciſcus Himanus, Iuſtus Rijckius, Læuinus Brechtus, alij & innumeri nomen adepti feliciter ſcriptis: quorum Elogia breui à Sandero noſtro, vt opera à Fr. Svveertio publicanda expectabis. Marcus Varnevvicus Speculi hiſtoriæ Belgicæ author obuius. Dionyſius Harduinus inſignem illuſtrandæ Flandriæ operam locaſſe viſus. Iudocus Badius Philoſophiæ & politioris litteraturæ meritò per Eraſmum laudatus, Epiſtolis, Epigrammatis, varijs in Ciceronem, Plautum, Horatium Comentarijs ad poſteros tranſmiſſis notiſſimus. Ioannes Visbroukius Philoſophiæ titulo apud Cardinalē Moronium honoratus. Ioannes Portant Mathematicarum ſcientiarum peritiſſimus. Caroli Vtenhouij Pater & filius variò ſcientiarum genere inſtructiſſimi. Ioannes Carnier, à Guicciardino ijſdem laudibus celebratus.

Hiſtorici Philoſophi Mathematici.

CAPVT XXXV.

NEc mirum cùm inter Mercurij & Mineruæ quæſtuoſam negotiationem, Gandenſes ſemper interim ſcholis & rei litterariæ ſuum attribuerint locum dignitatis. Aperuêre etenim ludum Græcæ Latinæque elocutionis ſpectabilem, Ægidius & Paulus Haucanus, Ioannes Otto & Olearius Marchantio laudati. Gymnaſium Societatis Ieſu, à reducta per Farneſium Vrbe tantis coaluit incrementis, vt ſubinde ſexcētos & plures in eo auditores nūmerauerint inchoati anno CIↃIↃCV. templi eorum annum ſic Vrintzius exprimit. 1605.

Studium Gandenſem in litteris. Ludi Magiſtri celebres.

Gymnaſia litterarum.

Sanctè faue, Læuine faue, tibi cœtus IESV
Extruit Hellino Conſule, templa, faue.

Auguſtiniani etiam à paucis annis maximo fructu iuuentutem incipiunt formare.

F 3 Eiuſdem.

Digitized by Google

Eiuſdem æui Seminarium eſt Diœceſanum: Vtroque
Hieronymiani. prior Hieronymianorum. Schola triuialis & maximo olim iuuentutis fructu propagata ante ſeſqui ſæculum.

Extat in Eccleſia tumulus cum Epigraphe.

Ægidios lapis iſte duos operit reuerendos
Condignos longâ poſteritate coli.
Vt potuit quiſq; domui prodeſſe, ſategit,
Et templum hoc opibus ſtruxit vterq; ſuis.

Ægidios intelligit **de Wilde**/ procuratorem & *Clerici* Pa-
1476. trem illum An: CIϽCCCCLXXVI. Februarij XXV. Hunc
1478. Anno CIϽCCCCLXXVIII. May XXXIV. defunctum & in ordine quartum. Templi porrò dedicatio annotatur XXII.
1479. May, Anno CIϽCCCCLXXIX. cœnobij fundatio longè antiquior in Villanis. Vt taceam Curiales literarum diatribes, & alias tota vrbe frequentiſſimas Arithmeticæ, picturæ, lecturæ, linguarum, quas numerum accedere ad centenarium didici.

CAPVT XXXVI.

Curia. AD Curiam & Senatum ordo vocat: Curiam eleganti
1481. opere, atrio, cõclauibus, frontiſpicio perelegãti cœptam extrui Anno CIϽCCCCLXXXI. auſpicijs Hadriani Vilani Reſſegemij, Senatus Præſidis auctam an: CIϽIϽXVI. ad
Structura eius. plateam, perfectamque ſubinde primo ſcabinatu Richardi Vtenhouij, Philippi Gruuteri, Nicolai Trieſti Equitum. Cu-
1528. ius hala ſiue atrium tribunalis An: CIϽIϽXXIIX. perfecta, latus dextrum ſplendido opere inchoatũ, quod nouum opus
1580. vocant, Anno CIϽIϽLXXX. cùm decennio ante IV. Aprilis, ſacellum Scabinale dedicatum eſſet, per C. Ianſenium Antiſtitem

Digitized by Google

Antiſtitem. Quoad Senatus & reipublicę formam, ſi libet, ex
Meieri lib. XIII. & notis meis ad illum ſummam rei cogno-
ſces. Temporibus inquit, Balduini Hagnonienſis, hoc eſt
ſub Annum Domini CIϽCC. perpetuis Senatoribus 1200.
reſpublica gubernabatur: quorum è numero cùm quis mo-
reretur reliqui XII. alium mox in demortui locum ſufficie- A.
bant: Anno autẽ CIϽCCXII. Fernandus Comes legem tulit *Forma reipublicæ ex Meiero.*
vt XIII illi Senatores, qui hactenus fuerant perpetui fierent
annui, anniſq; ſingulis habitis comitijs in ferijs in Diui Lau- 1212.
rentij martyris innouarẽtur, idque per quaternos electores *Tredecim Senatores.*
ſumptos ex quatuor ſacris Curijs ſeu parochijs *portus* (ita no- *Senatus annales.*
minabant opidum) vtpote *D. Ioannis Baptiſtæ, D. Iacobi Apo-* B.
ſtoli, D. Nicolai Epiſ. &c. *D. Michaëlis* Archangeli, ſicut & Cu- *4. Parochiæ.*
ria D. Ioannis Senatores eligerẽt quatuor, ex D. Nicolai to-
tidem, ex D. Iacobi tres, ex D. autẽ Michaëlis quæ tum mi-
nima erat, ſub ſcabinatu, quem vocant dumtaxat duos. Hoc C.
inſtitutum annos omnino tenuit XVI. Nam An: CIϽCCXXVIII 1228.
poſt quàm Fernandus Comes rediſſet ex captiuitate, inſti-
tuit ordinem XXXIX. viratus reipublicæ multo vtiliſſimum. *39. Viri.* D.
An: autem CIϽCCLXXV. Margarita. Comes & filius eius Gui- 1275.
do, videntes per hunc ordinem ciuitatem nimis eſſe libe-
ram ſua obſolutâ authoritate illum abrogauerunt, ſtatue-
runtque curatores Reipublicæ tantum XXX. Scabinos puta *30. Curatores.*
XIII. Cõſiliarios XIII, & ærarios IIII, quos in Annos ſingu- E.
los pridie feriarum decollationis D. Ioannis Bapt. innouari
volebant, ea ratione vt XXX cedentes alios XXX in locum
ſuum eligerent, ciues omnes Gandenſes ac ſocios ſeu fra-
tres Collegij eius quod *Comanorum* appellatur (teutonicè F.
comanſguide) hi tertiò gradu neceſſitudine contingere ſe *Comāſgilde.*
non poterant. Verùm in hanc nouationem conſentientes
XXXIX viri appellabant mox Curiam Pariſienſem, iudica-
tumque eſt per arreſtum XXXIX viratum ſuum debere habe- G.
rę locum abolitâ nouâ conſtitutione.

De hinc

Digitized by Google

H. De hinc Anno ↀCCCI. Philippus Rex cognomine Pulcher
1301. ſeruans in cuſtodia Comitem Guidonem Gandauum venit:
vbi recipi voluit tanquam proprius Flandriæ dominus, ſtu-
denſque componere diſcordiam, quæ grauis verſabatur
inter Comitem & XXXIX-viratum, curauit, vt ſuo ipſius ar-
bitrio omnis permitteretur controuerſia, nouamque ſta-
170. tuit politicam & ſenatum, qui per annos plus minus CLXX.
Noua forma. conſeruatus eſt, quamquam XXXIX-viratu longè eſſet
vtilitate inferior. Comitia habebantur per hanc legem pri-
8. Electores die Aſſumptionis Deiparæ Virginis. Comes aut eius Lega-
I. ti IIII. legebant ciues Gandenſes, Ciuitas legebat totidem:
qui octo creati electores, XXVI. honoratos & idoneos elige-
bant Senatores, quem numerum Comes aut eius vicarij in
13. Scabini. XIII. Scabinos totidem & conſiliarios diuidebant: ſed hoc
L. rerum ſtatu per temporum ſucceſſiones mirus ortus eſt am-
bitus inter ciues, quũ pro ſe quiſque alius vt maneret, alius
vt reciperetur in eum ordinem decertarent; ita vt ſæpius
graues nunc contra Principes, nunc inter ipſos ciues ortæ
ſint diſcordiæ, & perturbationes: vnde ſedes Decanorum,
Senatorum & bonorum ciuium emanarunt: eoque curſu
temporis introductum eſt vt ciuitas in ternas partiretur par-
Diuiſio populi. tes nempe ciues, opifices, & textores. Introductus eſt & iſte
abuſus vt externis illis tribubus ciuitatis XXVI illi eligantur
M. Senatores, ita vt in vtroque *ſcamno* extent tres ciues primus,
quartus, & ſeptimus: quinque ex opificibus ſeu quæſtu ſe-
Alia forma. cundus, quintus, octauus, decimus & duodecimus: ex tex-
toribus item quinque tertius, ſextus, nonus, vndecimus, &
decimus-tertius. Eo item tempore inuenta eſt creatio De-
N. canorum, de quibus in eam vſque diem nulla fuerat memo-
Decani. ria. Creatus *Decanus ciuium*, *Decanus quæſtus*, *& Decanus
textrinulæ*, Decanus ciuium primus eſt Senator ciuitatis im-
peratque ciuibus omnibus, qui viuunt ſuis proventibus ab-
que vllo opificio. Decanus quæſtus præeſt LI Decanis
totidem

Digitized by Google

totidem collegiorum opificum, ideoque *Archidecarchus* appellatur, creaturque ad medium Auguſtum in ferijs B. Mariæ, eſtque Magiſtratus duorum annorum. Decarchus Textrinulæ annuus eſt: creatur die octauo poſt Paſcha: imperat vicis ſeu tribubus XXVII, qui & ſinguli ſua habent vexilla. LII autẽ Decani LII Collegiorũ omnes annui ſunt, *Vexilla r…* & renouantur per Prætorem ac Senatum, vt pactum erat pace Cadſanti creationem Archidecani cõfirmauit Philippus Princeps Anno LCCCCXXV. aſſenſeruntque Principes in 1425. Decanorum omnium creationem: ſed interea grandis & pernicioſus introductus abuſus, vt quoties turbatio aliqua oriretur in ciuitate, Decani iſti perindead componẽdi motus cauſa cum vexillis omnibuſque Collegijs opificum O. prodirent in forum, claſſicumque Senatus per campanam *Vexillum Gandenſe.* (Rolandus nomen) ſonaret, ſicut primus Senator cum vexillis D. Georgij Flandriæ atque opidi Gandenſis, ſupremus verò Decanus cum LII Collegiorum vexillis ad XXV & amplius millia hominum ſæpe numero ſecum aggregarent. 62. Eum abuſum Philippus Dux hocanno LXII ſuſtulit & abrogauit, omniaque illis vexilla ademit ideo, quòd ritus ille barbarus & intollerabilis eſſet, ſeditioneſque ciuiles, cædes bonorum ac innocentium ciuium frequenter ex illo naſcerentur, talique modo Decanos, Prætores, Senatores alioſque rectores ſuos interimerent, ſimul quoſcumque liberet quo iure, quaque iniuria in exilium agerent. *Lex citra tumultus.* Imperauitque Philippus vt quoties turbator aliquis conſurgeret, ex templo à Magiſtratibus ad ſupplicium raperetur, vt ita anticipatus nullum tempus aut ſpacium haberet ſe ſuoſque cõiuratos armandi. Nihilominus tamen Philippo defuncto ad ingenium redierunt ruſuſque in ferijs D. Liuini Martyris P. eandem Barbariem innouabant, ſed Carolus Dux ſtatim illos oppreſſit profanumque morem inhibuit, Poſt obitum Caroli ruſus arripuerunt eam dominationem, quam

Digitized by Google

85. denuo ſuſtulit Diuus Maximilianus in pace anni LXXXV. verumtamen Maximiliano Brugis detento, ad eundem reuerſi ſunt motum, & *albatos* inſuper contra omnia iura &
Vrijtingi. Q. paces conſtituerunt: ſed in pace Cadſanti funditus extincta eſt deteſtabilis illa conſuetudo. Inuexerunt & hoc, nimis turpem abuſum, vt Senatus, inſcio vel reclamante Prætore Comitis, quos vellent relegarent pellerentque in exilium. Definiebant enim in ſuo conclaui exilia, miſſoque ad ſuggeſtum ſcriba aliquo pronuntiabant: eamque vſurpationem Philippus aboleuit. per huiuſmodi prauas ac pudendas conſuetudines cõtra omnes leges priuilegiaque introductas; fœdiſſimis factionibus graſſati ſunt, non modò alienos, ſed etiam ſuos ipſorum vnde viuerent agros deuaſtâtes; vnde ſæpius miſericordiam Principũ implorare ſunt coacti, multaque pecuniâ pacem redemerunt, magno ſuo malo,
R. dedecore aut tædio, vt hiſtoriæ affatim teſtantur. Coactus
Alia mutatio. eſt autem Carolus Burgundio poſt Philippi patris mortem inſtitutum illud Philippi prorſus reijcere & delere, ſancit vt magiſtratus in annos ſingulos innouarentur per Principes
S. Legatos, ſeu Commiſſarios vt in alijs fit ciuitatibus, vſque vlla electione octo illorum electorum. Sed Carolo defuncto, eandem illam Pulchri legem rurſus arripuerunt quantumlibet pernicioſam, eamque tenuerunt. Ad vſque annum
85. LXXXV. quo anno per pacis placita legem Caroli Ducis Maximilianus Cæſar reduxit. Sed capto Brugis Cæſare mox
T. vſi denuo ſunt ea lege, donec à Diuo Carolo inuictiſſimo Monarcha grande illud atque vtile acceperunt priuile-
Abolitio priuilegiorum. gium, nempe omnium priuilegiorum abolitionem: quæ quidem abolitio, magnam quietem adfert ciuitati ac ſalutem. Philippus quoque iniuſtum & profanum mutauit ritum, quo erat introductum, vt ſententias Scabi-
V. norum Gandenſium, nemini per appellationem liceret
Catilina. reformare. Multa alia prauarum conſuetudinum genera fabri-

Digitized by Google

fabricauerunt, tenente ac vigente illa lege Pulchri Regis, quamuis noxia planè eſſent communi comodo ciuitatis, ſed propter priuatum quoddam lucrum, mordicus illam Opifices ſeruabant, quibus ex abuſibus graue detrimentum inſcijs Principibus acceſſit ciuitati. At nunc per Caroli glorioſiſſimi Auguſti excellentem prouidentiam, toti medicatum eſt corpori. Ad hunc Meieri locum characteribus à me notatum vide pauca quædam lucem datura annotata.

Perpetuos hos è Patricijs deſumptos tribubus fuiſſe certò A.
mihi perſuadeo, & ſcio numerum ſubinde minorem fuiſſe *Diuerſus numerus Scabinorũ.*
octonarium puto, vnde diplomata annorum CIↃLX &
CIↃCII vocant **Acht-mannen van ſchepenen te Gant** id 1060.
eſt, octo-viros Scabinatus Gandenſis. Et fieri potuit reper- 1111.
tos in Senatu ferè ſemper Borlutios, Bettios, Serſanderios *De 4. Familijs.*
& Serſimonios Meiero occaſionem dediſſe putandi & ſcribendi à quatuor his ſtirpibus olim vrbis regimen adminiſtratum fuiſſe.

Tot erant numero Parochiæ & duplo plures opidi regio- B.
nes. Necdum enim Æckergemium cum Martiniana, Blan- *8. Regiones opidi.*
dinium cum Mariana, Amandica etiam Saluatoris opido annectebatur.

Scabinatus Gandenſis ab opido diſtinctus fuit. Docui C.
enim ſupra diuerſas intrà mœnia Curias iuri dicundo fuiſſe, *Scabinatus ab opido alius.*
donec paulatim opidi Comites ius illud tranſcripſere. Similiter Scabinagium extra muros etiam protendebatur, vt mihi videatur idem fuiſſe quod antiquitus *territorium* dice- *Etiam extra opidum erat.*
bant. Inuenio enim inter donationes Bauonicas villam
Herme extra muros *in Scabinagio tamen Gandenſi ſituatam* *Herme.*
dici, manifeſto argumento etiam tum mœnibus non concluſam Scabinorum potentiam.

Triginta-nouem-viratus perpetui hæc erat ratio. Quot annis eorum XIII (tot enim erant tum opidi regiones) Scabinagium, alij totidem Conſilium faciebant, reliquis pari *13. Regiones.*
numero

Digitized by Google

numero vacantibus, ſequenti anno dominaturis. Ita vt viciſſim tres hi cœtus eſſent Senatores, Conſiliarij, vacantes, alium annuatim ordinem & dignitatis locum obeuntes.

E. *Quæſtores.* Ex hoc tempore curatores peculij Vrbani cœperunt inter magiſtratus collegas haberi, qui antea minùs honorata ſeſſione erant, nec certo aut definito numero.

F. *Comanni qui. Viri boni qui.* Quæ illa Comanorum gulda fuerit inquirenti nihil hactenus occurrit, quàm ſelectiores è populo fuiſſe, dicti vnius literæ in tranſmutatione quaſi **Goetmanni** id eſt, viri boni (familiaris hæc eſt veteribus noſtris locutio) vel additione quaſi **Coopmanni** id eſt, mercatores vel mechanicam vitam non exercentes, quæ **Cooplied enſchap** / dicta reperitur.

G. Reſtitutio hæc XXXIX-viratus facta An: CIϽCCLXXVII

1277. *Tumultus ob mutationem Senatus.* ſed Guidonem triennio poſt cogentem dictos XXXIX viros ad rationes rei geſtæ, coacti pacare XLIIX librarum milibus annumeratis. Nec hoc ſatis, quadriennio poſt denuo gubernationi ſuam intermiſcente authoritatem Comite, quod grauatè illis ferentibus diductaque in litem controuerſia definiuit curia Pariſienſis Gandenſes peccaſſe & multæ reos eſſe, nec exinde ſolida vnquam inter vtroſque pax extitit. Comite reos dignitate exuendos decernente, illis à Curia decretū longè diuerſum impetrantibus pecuniaria plectendos ſtatuens, & imò Anno CIϽCCLXXXVII confir-

1287. mationem XXXIX-viratus à Franco obtinentibus.

H. Ab hoc Anno extat Senatorum cathalogus, ex quo ſubſcriptis electorum nominibus paginam finiente manife-

Commiſſarij legis. ſtum euadit nonnumquam præteritis Commiſſarijs Comitum Vrbanos Senatum renouaſſe, qua licentiâ effectum, vt compulſi fuerint Principes tot motibus obuiàm ituri totum

1446. electionis jus ad ſe trahere. Videatur Anni CIϽCCCCXLVI.

49. XLIX. LXXVII. & alij.

77. Electorum numerus variauit ſæpe, qualitas etiam. Nunc rece-

Digitized by Google

receptum tres ex patria nobilitate perpetuos à Principe creari: quartum, annuatim diuerſum, niſi continuentur adiungi & loco primum, authoritate præcipuum. *I. Comiſſarij renouandæ legis.*

Occurrerant quidem non ſemel Senatus-conſulto & legibus contra ambitum latis, ſed in vanum, prout exempla ſeditionum alibi latiorem campum habitura docebunt. *L. Leges contra ambitum.*

Diuiſio iſta ciuitatis tripartita antiqua eſt, nec per tumultus illos inuenta, ſed inuecta cum ſplendore aliquo & apparatu. Diploma enim anni CIƆCCIV citat *ingenuos* & *miniſteriales*, id eſt, ciues & mechanicos. Aliud anni CIƆCCLX nominat *gildas textorum*, ſed intelligit Meierus tria hæc hominum genera per tumultum irrepſiſſe in ordinem Senatorium à quo antea ſecludebantur. Factum primo ſub Mauernenſi, ſæpius ſub Maleano. *M. Diuiſio populi.* 1204. *ingenui & miniſteriales.* 1260. *Explicatur Meierus.*

Decanorum manet nunc inane nomen & dignitatis vmbra, & cooptantur quotannis Capitanei tribuum plebeiarum (**Hooft-mannen** vocant) XXII Viri nobiles, ſine quorum authoritate nulli opificum collegio conuenire permiſſum. *N. De Decanis.* **Hooft-mannẽ**

Vexilla olim ſingulis propria opificijs bellorum, ad quæ Comitem ſequi ſolent ciues, ſunt monumenta, eaque remanent hodieque penes lectioris populi partem Sagittariorum Collegijs nomina dare ſolitam. *O. Vexilla.* **Gilde.**

Philippi decretum eſt Anni CIƆCCCCLIII. P.

Hæc fuſè Heuterus in Auſtriacis, & nos alibi tangemus 1453.

Factum Anno CIƆCCCCLXXI. Q. R.

Carolina ſcripta Anno CIƆIƆXL qua omnis hodiernæ reipublicæ norma præſcribitur. S. 1471.

Atque hæc quidem rempublicam tangunt cuius decora percurrere non vnius codicis, & neſcio an vnius hominis foret. Plenæ ſunt hiſtoriæ, plena omnis annalium vetuſtas, ita vt ſupervacaneum videatur ita obuium omnibus explicare & actum agere: temerarium pro dignitate velle tan- T. 1540.

Digitized by Google

tarum rerum narrationem aggredi, quibus occupata ingenia olim feliciſſima ætatem triuiſſe & immortua cognouimus. Tu mi Hamconi, ſi crudis hiſce famem necdum famem expleuiſti, Meierum, Oudergeſtium, Marchantium, Froſſardum, Heuterum adi, reperturus paſſim & continuè Gandenſes paginam facere. Faciam id cum otio, excepit Hamconius, ſed te modò precor ne politicis hiſce Gandæ antiquitatibus optimè paſtum ſine fructibus, ſine bellarijs rerum ſacrarum patiaris cœnulam finire. Nec enim dubito quin etiam in Eccleſijs cœnobijſque habeat Ganda quod memoriam mereatur. Ad hoc ego: Res Sacra Gandaui ſola volumen conficit, ſola hiſtoriam meretur, quam cùm ego duobus libris olim amplexus ſim fundationes duntaxat ſignando, primò Eccleſiarum, Cœnobiorum, Hoſpitalium, mox duarum Abbatiarum ornamenta, ad illos te remitto, imò illos tibi trado, quorum lectione poteris reliquũ primæ noctis fallere, & quod alius vix anno poſſet, vna die omnes Gandauicæ antiquitatis angulos perſcrutari. Vix finieram, cùm Hamconius manu & codice exoſculatis, nec verbum vltra faciens cœpit lectitare.

Digitized by Google

DE RE SACRA

GANDENSI BREVICVLVS.

SPLENDIDISSIMVM D. Ioannnis Bapti- *Fabrica*
ſtæ (ita enim vulgò appellatur cùm alioquin *Templi D.*
Deiparæ & SS. Ioanni, Bauoni, Vedaſto ſa- *Ioannis.*
crum ſit) templum An: ıɔcccccxʟı Tranſma- 941.
rus Epiſcopus legitur dedicaſſe cryptam Sa-
cellis, amplitudine, columnarum ſerie nulli
toto Belgio ſecundam: Balduinus & Arnulphus Comites
inſtruxiſſe chorum altâ concameratione, auguſtâ ſacello-
rum corona Senatum An: cıɔccxxvııı erexiſſe pronaum *πρόναον*
ſtupendâ mole ſub æuum Cæſaris Caroli adiectum, Anno 1228.
cıɔcccccʟxı iacta fundamenta ad occidentem Turris egre- 1461.
giæ nuper Anno cıɔıɔcıı de cœlo tactæ. Inſuper in triuijs 1602.
notum eſt Eccleſiam hâc Comitia ordinis aurei velleris ſe- *Illuſtria*
cundò id eſt Annis cıɔccccv & cıɔıʟıx vidiſſe. Bap- *quædam ibi viſa.*
tiſmo inuictiſſimi Cæſaris Caroli V. Anno ſeculari ſeſqui- 1445.
milleſimo, funeribus 8. principium, 3. Epiſcoporum nobi- 1559.
lium abſque numero honoratam. cuius vt fabricam tam ſu-
periorem quàm ſubterraneam admirantur architecti; ita pi- *Interior ornatus.*
cturas pictores: Imprimis illam Adami & Euæ, opus Ioannis
ab Eyck, inuentum Iuſti Vitij Domini Pamelæ, in quam
tabulam ita luſit noſter Vrintzius:

Quos Deus ob vitium paradiſo exegit, Apelles
Eyckius hos Vitij reddidit are Patres.
Arte modoq; pari pariter concurrere viſi
Æmulus hinc pictor, fictor, & inde Deus.

Parocus eam cum 38. ſubſidiarijs Sacerdotibus procu- *Sacrificuli eius.*
rabat,

Digitized by Google

1528. rabat, donec Anno CIↃIↃXXVIII impetratis conſenſus Pontificij literis Abbatia D. Bauonis in Collegiatam, Canonicis *Collegiata.* Anno poſt 37. Calendis Auguſti inductis, & anno ſequenti 59. in Cathedralem mutata eſt triginta duorum Canonicatuum, quorum octo dignitatibus ſunt annexi.

Quinque à Graduatis poſſidentur. Diœceſi autem vrbes mœnibus inſtructas octo ijſdem carentes duodecim, Pagos *Epiſcoporũ ſeries.* 160. complectenti præfuerunt *Cornelius Ianſenius* ſcriptis clarus ex cathedra Louanienſi ad hanc euectus annis 11, ſucceſſor Gulielmus Damaſi Lindanus Theologus etiam famigeratus ex Ruremondenſi Epiſcopatu tranſlatus menſibus tribus diebus ſeptẽ, & ſurrogatus Petrus Damantius ſummæ vir moderationis recenter obijt dignitatis heredem, habens Carolum Maſium laudatiſſimum ante Hipreti Epiſcopum; Diœceſi & reipublicæ Gandenſi neſcias an vtilem magis, an neceſſarium.

Præpoſitorum ſeries. Præpoſiti celebres fuêre imprimis infulis honoratus Viglius Zuichemius, Arcani Belgici Conſilij Præſes, toti orbi notiſſimus. Cui ſurrogatus Bucho Ayta, & demũ Adrianus Varreus Præpoſiti, ſed non mitrati, nec dotis Præpoſituræ veteris Epiſcopatui vnitæ compotes; ſed duplicis præbendæ recentiùs annexæ. Decani autem ſibi inuicem ſucceſsêre *Decanorum item.* P. Hencribloc, Ioannes Lobbet, Ioannes Holle, Marcus Sterc. Clemens Crabbeels poſtea Epiſcopus Silueducenſis, Petrus Damant poſtea hîc Epiſcopus. Carolus Rhi: à Rodoan poſtea Epiſcopus Brugenſis. Petrus Bernaerts.

Parochia Heligs Kerſt. Cathedralis autem hæc vnica ab antiquo fuit opidi Curialis, in agro autem Tranſſchaldano, Anno CIↃLXXII. titulo *Sancti Chriſti* aliam Rabodo Epiſcopus dicauit, Tranſmarus autem eodem quo Ioannicum Anno Eccleſiam *Martini in Ackergem* ſuburbano Vico deſignauit. Et cum aucta vrbe huius limites latè intra portas excurrerent, neceſſe fuit *Fabrica Templi ſancti Michaelis.* Sacellum *D. Michaëlis* in communionem oneris aſſumere

cuius

Digitized by Google

cuius incendio Annorum CIↃCXX & XXVIII deformatæ 1120.
turris, Ann. CIↃCCCCXL inchoata, & XL poſt annos occi- 20.
dentalior pars templi adiecta, Anno autem CIↃIↃXII nouum 1440.
opus pronai, & faſtigium turris auſpicio Pottelbergici The- 40.
ſaurarij Cæſaris, Domini de Venderhout, Merendrè, & 1512.
VVisſenkercke. Aucto etiã in immenſum numero ciuium:
Sacella *D. Nicolai & Iacobi* ante annos incendiorum ſupra- S. Claus
dictorum, quæ non euaſerunt, in Curiales ſunt erecta; ita vt S. Iacops.
4. intrà muros, vt aliàs docui, eſſent Parochiæ, quibus accedentes Blandinica Deiparæ, Transſchaldana Christi, Ackergemia Martini, Septenarium olim etiam numerum faciebant: vnde totidem minorum cauſſarum libram groſ- *Iudices 7. Minorum cauſſarum.*
ſorum non excedentium iudices annuatim cum Tribunis & præfectis annonæ eliguntur. Cæterùm non omittendum diruta ad ſtructuram Arcis Carolinæ Eccleſia S. Chriſti & S. Amandi, onus eius in opido traductum in Eccleſiam S. Saluatoris, in ſuburbano autem in Sacellum Oſtacrienſe. S. Veerle
Inſuper præter has ab antiquo Eccleſiam D. Pharaildis Comitum, Palatij, domeſticorumque & officiatorum eius fuiſſe.

Collegiata B. Pharaildis annitente Flandrorum Comite
iuxta *Arcem nouam* Comitis ſtructa Anno IↃCCCCXII & re- 912.
ceptaculum profugi à clade Normannica cœnobij Bauo- *Collegiata D. Pharaildis.*
nenſis. Vnde cùm ad antiquas ſedes circa Annum labentis ſeculi quadrageſimum monachi poſtliminiò reuerterentur, cum Sacris Beatorum pignoribus Arnulphus Marchio, verbis à me ſuperiùs ex chronico tranſcriptis, impetrauit facilè portionem corporis B. Pharaildis ad rei memoriam ibi relinqui, cui aſſeruãdæ clericos cum Præpoſito inſtituit, in canonicale Collegium haud multo poſt euectos. In tranſ-
latione porrò harum reliquiarum, Anno CIↃCLXXIII *facta* 1173.
expoſcentibus, Eccleſiæ Canonicis Remleno, Azone, Fulterone, Otgero, Meinardo per Fulkardum Blandinij, & Sigerum Gan- *Tranſlatio S. Pharaildis.*

H *denſem*

denſem Abbates: teſtes aſſcripti Folcardus Caſtellanus, & Lambertus eius frater Stephanus, cum copioſa vtriuſq́; ſexus multitudine, & duorum Cœnobiorũ congregatione. Cæterùm perierunt

Incendium. huius Eccleſiæ monumenta vetuſtatis vltimæ incendio Anni CIↃCXX, alia decora vltimis bellorum turbis intercide- 1120.

Præpoſiti aliquot. runt. Præpoſitos interim ſchædæ Gandenſes annotant primæ famæ viros Ioannem Giſtellanum, & Petrum Roberti Comitis Capellanum, nunc Leonem Meierium Antvverpienſem eruditum.

Cùm autem duo hæc duntaxat ſecularium, & totidem, de quibus poſt, regularium Canonicorum Sodalitia hîc videantur, erroris meritò arguatur Mathias Quadius in Itinerario Germaniç referens Gãdaui extare Collegiata Sodalitia XIII; aut, ſi Typographũ culpare libet III vtriuſq; falſò. (Error Quadij notatus.)

Etſi Trucinienſis, Norbertinorum, Boudeloenſis Ciſtertienſium Abbatiæ foris euerſæ, in opido renatæ; Regularium de Mello, Præmonſtratenſium de VVaerſcot Prioratus in Vrbem commigraſſe videantur hîc memorandi: tamen ego quod alibi illorum fundationes attigerim, ſat habeo hîc nominaſſe, & cœnobia Gandæ nata, & nota primitus percurriſſe initio à mendicantibus ſumpto.

Sigerus Archimandrita Cambronenſis à Giſilberto Bouc *Manſuram quandam in Briela iuxta Gandauum* obtinuerat à Conſanguineo ſuo Hugone Caſtellano Gandenſi, intrà

1130. cuius dominium erat miſſus in poſſeſſionem Anno CIↃCXXX. Interiecto tempore B. Abbas Cambronæ parùm ſibi ad

Fundatio Carmelitarum. vſum eſſe hunc fundum obſeruans *Fratribus de monte Carmelo*, in Gandauo iam tum, ſed ex conducto habitantibus, transſcripti authoritatem faciente Gerardo Soitegemio

1287. Caſtellano Gandẽſi ad annum CIↃCCLXXXVII. Cœnobiumque formari cœptum paulò pòſt Clemens & Alexander Romanorum Pontifices ſuam in protectionem aſſumſêre. Verùm enim verò locum hunc & ſedem primitiuam commodi

Digitized by Google

modi & commoditatis gratia religioſi deſeruêre, in eum quem modò incolunt commigrantes. A qua tranſlatione elapſis CLXXIX Annis, id eſt Anno Chriſtiano CIↃCCCCLXVI 179. 1466.
mandato & cura R.P. Generalis Ioannis Soret religioſi nonnihil à priſca vitæ & morum aſperitate declinaſſe viſi, in ordinem redacti ſunt, auctumque tam viris quàm viribus Collegium porticu, ædificijſque à fundamento exædificandis par fuit. *Reformatio Cœnobij* *Structura eius.* Hoc in & è Phrōtiſterio ſcripſit Arnoldus Boſtius de Viris illuſtribus ſui & Carthuſienſis inſtituti, de quatuor nouiſſimis, & Epiſtolica poëmataque ſacra. *Viri clari.* Ex eodem Philippus Kersbel pro immaculata Virginis Matris conceptione ſcripſit contra Vincentium de Nouocaſtro.

Intrà limites Eckergemi ſacellum vetus fuit inſcriptum Protomartyri Stephano, obnoxium Curiali Martinianæ, *Augustiniani.* circa quod ampliter habitantes Borlutij è nobilitate antiqua Gandenſi, Eremitis Diui Auguſtini ædes ſuas in cœnobium transformandas obtulerunt Anno CIↃCCXCVI pridie Kal. Auguſti, factum probante Ioanne Neruiorum Antiſtite. *Eorum fundatio* 1296. Cumque ſub Annum CIↃCCCL à ſacrilegis tribus ſublatum cum argentea quãtiuis pretij theca venerabile Chriſti corpus inque prato confini depoſitum ſanguinolentum miraculoſè repertum, & Auguſtinianis aſſeruatum eſſet ſacra ciuium, titulo ſacri cruoris Sodalitas inſtituta, etiã Clementis VIII. Papæ indulgentijs decorata, & ſupplicatio votiua annuatim maxima populi frequentia, & anno CIↃIↃCIV ipſa Belgarum principe proſequente honorata. 1350. *Miraculũ Eucharistiæ.* 1604.

Templum & Cœnobium (cœnaculo excepto, quod in nuptiale triclinium conuerterunt) ab Iconoclaſtis Anno CIↃIↃLXXX profanata euerſaque ſunt, platea per medium deducta. *Euerſio Cœnobij.* 1580. Et reſtituta Regi & Religioni Vrbe Petrus Coels Cœnobiarcha, ciuium eleëmoſynis adiutus, Ambitum dormitoriũque reſtituit, & nouiſſimè Senatus patrocinio templi fundamenta iacta ſunt, lapides auſpicales pangentibus *Reſtauratio*

H 2 Guliel-

Digitized by Google

Gulielmo de Cornhuſa, Auguſtino de Harrerà, Iacobo de
Langlee, & Roberto Hellino: id eſt, Conſilij, Arcis, opidi
28. & Senatus Præſidibus, die XXIIX Martij Anno per Vrint-
zium ſic expreſſo,

DIV*e ades* A*V*g*V*ſ*t*I*ne t*I*b*I *no*V*a te*M*pla* ſ*tr*VV*nt*V*r*
H*e*LLI*n*I & B*L*a*ſ*er*I Co*n*ſ*VLI*s a*V*ſp*I*c*II*s.*

Dominicani. Viuente B. Dominico Prædicatores dono *Sigeri Parÿs*
domum obtinuerant propinquam valetudinario Bilocenſi,
1221. idque ante Annum CIϽCCXXI. Fernandus autem Comes
impenſe deſiderans ex domo cœnobium efformari, valetu-
27. dinarum quidem ali ò tranſtulit An: XXVII: domum autem
Fundatio eorum. & locum in vicino poſt decem ferè Annos monachis aſſi-
gnauit: vbi elegantiſſimum totius Prouinciæ Cœnobium
40. ſurrexit. Templum quidem Anno eiuſdem ſeculi XL in-
1302. choatum, Dormitorium cum refectorio An: CIϽCCCII perfe-
1473. ctis bibliotheca cũ clauſtro ſtrui cœpta An: CIϽCCCCLXXIII
Structuraque. omnia ſplendidè & quadrato lapide adornata, ita vt exteris
templi ad vnum fornicem latitudo, cenaculi ſpacioſitas,
clauſtrorum amplitudo ſoleat eſſe admirationi.

Comitia prouincia. *Capitulis* quod vocant *Prouinciale* hîc quàm vllibi fre-
quentiùs celebratum nominatim Annis 1506. 1549. 1574.
1594. 1604. 1607. Et ante An: 1331. 1376. 1410. alijſque in-
teruallis. Viri ſanctitate & doctrinâ illuſtres hinc prodiêre
1283. An: CIϽCCLXXXIII. Gilbertus de Ouis commẽtator in Mat-
Viri clari. 1272. thæum & Apocalypſin. Balduinus An: CIϽCCLXXII miracu-
lo Iconis Marianæ cõfirmatus in religione. Ioannes Agnus
1296. miraculis in vita clarus An: CIϽ CCXCVI. Et poſt reformatio-
Reformatio nem An: CIϽCCCCLVI inuectam Gulielmus VVaneſorus
1456. An: CIϽCCCCLXXV Epiſcopus Sareptanus. Ioannes Exmera
1475. Theologus Pariſiẽſis & reſtitutor diſciplinæ Petrus Bache-
rius S.T. Doctor & viginti opuſculorum concinnator eru-
ditiſſimus.

Franciſcani Franciſcanorum nõ minus celebre & vetus Cœnobium,
ante

ante obitum D. Franciſci cœpit, auſpicijs eiuſdem Fernan- *Fundati.*
di & Margaretæ Comitum, reformatique fratres ad obſer-
uantiæ normam rediêre Anno CIƆIƆIII id eſt à fundatione 1503.
ducenteſimo octuageſimo tertio ſolet paulo minus centum *Reformati.*
aliquando fratres habere, & Lectores, vtriuſque Theologiæ
binos, concionatores XXX. Templum Apoſtolorum Princi-
pibus & Sororibus Magdalenæ Marthæque conſcribitur
appoſitè inſtituto Minorum reſpondentibus Patronis.
Produxit hic conuentus eximios Theologos & ſcriptis cla- *Viri clari.*
ros Ioannem VVittium, Leuinum Brechtum, illum concio-
nibus, hunc poëmatibus editis notum.

Sepulturæ locum hîc elegerunt Viri magni aliquot, Mar- *Sepulturæ illuſtrium.*
gareta in primis Eduardi Anglorum Regis Soror, Caroli
Audacis vxor Anno CIƆIƆIII defuncta Mechliniæ, eximia 1503.
Cœnobiorum Gandeſium benefactrix. Similiter Theodo-
ricus Beuernenſis Dixmudæ Toparcha, & Maria eius filia.
Similiter ex VVallia, Serſandriaque gentibus viri primarij.

Capucini rigidioris eiuſdem tituli regulæ quando aſſum- *Capucini.*
ti, lapidis ibidem inſcriptio teſtatur talis Anno CIƆIƆLXXXIX. 1589.
*VI. Idus Decembris Ioanne Beths & Franciſco van VVychuys
Conſulibus S. P. Q. Gandenſis hunc agrum publico ære coëmptum
cum ædificijs Pat. Capucinis tunc primum in hanc vrbem receptis,
in Dei O. M. beatæq. Mariæ Virginis ac D. Franciſci honorem* Volder-
habitationis ergô conceſſit, vbi olim fullonum fuerat Curia. huys.

Fratres tertiæ regulæ Franciſcanæ triplicis generis fue-
runt: Bogardi, Alexiani, & Tertiarij illi retro Franciſcanos
congregati, textoreſque ſub Ioanne Diuionenſi regulam aſ-
ſumpſêre, dudum, eò quod Zepperenſi Capitulo non ob-
noxij licentiùs viuerent extirpati ſunt.

Tertiarij autem griſeis amicti, ſiue fratres de pœnitentia
Ieſu Chriſti inſtituta tertij ordinis Franciſcanorum profeſſi,
ex laicis in commune viuentibus, cœperant Gandaui ſub
Annum CIƆCCCIV. Sed cùm ad inſignem radacti paucitatem 1304.

id eſt duos diſciplinâ inſuper flacceſcente, & peculio multùm imminuto minus vtiles cenſerentur, Regia & Pontificia authoritatibus locus Carthuſianis *Domus B. Brunonis in ere-*
1584. *mo* aſſignatur Anno CIↃIↃLXXXII. Carthuſianis dico per furores Hæreticorũ Anni LXXXVII pulſis Cœnobio ſubur-
87. bano ad flammas damnato Quod titulo *Vallis Regalis prope*
1320. *Gandauum* notius, extrui cœpit Anno CIↃCCCXX.
Carthuſiani Fundatore è Canonicis Brugenſibus Simone VVillebrordi, Luduuici Flandrorum Comitis auſpicio & fauore, priuatorum accedente munificentia. floruit in hac eremo
1417. An: CIↃCCCCXVII Goſwinus de Beca antea Iurium Doctor
Viri eluſt. multiſque Boſtio teſte, circa Canones & Theologiam Scriptis clarus. Quadraginta poſt eum annis Ioannes Diuitis à Dorlando libro VIII celebratus *tanquam fulgidum lumen inter ſuos emicans*, de indulgentijs, eſu Carnium, participatione Miſſarum, confeſſione Sacramentali, proprietate vitanda libellos doctiſſimos pijſſimoſque euulgauit. An: CIↃIↃ
1500. Gulielmus Bibantius cuius eruditionem hodieque in ſolennitatibus prælegi ſolitæ exhortationes, prudentiam electio in Generalem totius Ordinis Anno CIↃIↃXXI facta abundè
1521. probarunt.

Alexiani funera curantes ex fratribus communis vitæ
1459. An: CIↃCCCLIX. Nouembris XIV. regulam etiam Franciſci aſſumpſerunt Pio Pontifice factum probante.

Cœnobia Virginum. Quadrigam Abbatiarum Virginalium ordinis Ciſtertienſis deſtructo foris monaſterio Gandaui inſitam, & fauentibus piorum eleëmoſynis nouas plantationes facientem dare hîc conſtitueram, puta Dozizeel / Ter Haghe / Oſteclo / Nonnebosch / ſed quia ſuis locis opportuniùs tractabuntur hîc ſuperſedeo, Gandenſes origine conuentus tantùm daturus. Quorum primus facilè Bilocenſis Hoſpi-
Bilooch talario adiuncto celebris, gentem Vtenhouiam agnoſcit è primis fundatoribus, nominatim Fulconem Canonicum Inſulen-

Digitized by Google

Inſulenſem & Trunam eius ſororem circa Annum CIƆCCVII 1227.
celebres; quo etiam Abbas Boudeloenſis iuſſi Roberti Clareuallenſis Abbatiſſam cum tribus Virginibus è nouo buſco aſſumptis introduxit, & titulum dedit. *Portus B. Mariæ.*

Quod refert Mathias Quadius in Itinerario Germaniæ haberi Gandæ monaſteria 25. publica peregrinorum Xenodochia 7. Noſocomia 2. Gerontocomia vtriuſque ſexus 10. Pœdotrophia, vbi etiam expoſiticij aluntur 11. furioſorum ergaſtula 11. quoad priora tam verũ eſt quàm falſum, quoad duo poſteriora. Sed opinor typographum poſitis in locum Romanorum Chaldaicis characteribus auctoris mentem inuertiſſe. Certè idem in Theatro Ciuitatum indies quatuor pauperum millia ære vicatim & in concionibus collecto ali & verè profitetur. Nos ſingula videamus. *Lapſus Quadij notatur.*

Pari quaternario numero Auguſtinianas dabo ex earum grege quæ *regulares* appellantur. *Agnetanæ* tutelaris appellatione in vulgo diſtinctæ, ante duo ſecula coaluerunt; Liberæ antea & exleges, donec anni CIƆCCCCLII, Iunij Septima, meliuſculè ſibi cautum æſtimarunt, emiſſo ad præſcripta Auguſtini religionis voto triplici. Promouit etiam harum conatus Margareta Comes, & Anno eiuſdem ſeculi LXXII primum Eccleſiæ lapidem poſuit, vbi Ioannam Luxeburgicam filiam Comitis Sanpaulini An: CIƆCCCCLXXVIII cum pompa introduxit monaſterio habitu induendam. *Cœnobia Auguſtiniana.* S. Agnete. 1451. 72. 1478.

Curthemenſes, in Deynza opidulo ortæ eodem quo ſuperiores tempore, Beginæ primùm, mox tertiariæ, demum exuſto aliquoties cœnobiolo Anno CIƆCCCCXXVII. Auguſtini ſectatrices ſe profeſſæ, Gandauumque profugę, Anno CIƆIƆI Cœnobium coaptare cœperunt circa Parochialem D. Martini, nunc templum reædificantes *Galilæenſes* eiuſdem ſortis fundatorem reperêre Ioannem Eggaert, ab Amſterdamo Batauorum, qui An: CIƆCCCCXXXIII duas illo in loco filias Deo conſecrauit, quos An: CIƆIƆXV. Suſteren van Deinze. 1427. 1501. 1433. 1515.

exuſtum

exuſtum lego, vbi An: cIɔcccclxxx præfuit Catherina Burgunda aliæque è gente Haluina, Seburgica, Pratia Virgines monaſticen profeſſæ.

Iozis Vrancx. *Vranxianæ* authorem ſuum referunt nomine Georgium Vrancx eiuſdem cum ſuperiore conditionis Virum; titulus eis S. Barbaræ in Ieruſalem, & extant donationis litteræ An-

1450. no cIɔcccccl exaratæ, primaque præfuit Iacoba van Ottingem.

Groenē Briel. *Victorinæ* autem (vt & eas adijciam) Auguſtinæ ſequa-

1370. ces Serlandrios nactæ fundatores Anno cIɔccclxx in prata Brielæ per Comitem ſunt tranſlatæ, inde *Groenenbrielanarum* nomen ſortitæ, & Cœnobium nouum vulgo dictum,

1372. cuius Abbatiſſa prima creata An: cIɔccclxxII.

Franciſcanæ ſuccedant & earum primæ regulæ Cœno-

1462. bium Anno cIɔcccclxII per Helenam Sclappes & Barbaram Haleuen domicellas nobiles fundatum, non ſolùm norma viuendi ſtrictiore, ſed exemplo & ſepultura B. Nicoletę ex Burgundijs oriundæ, & ſanctimoniâ clarę clarum.

1447. Obijt hæc Anno cIɔccccxlvII. & Anno cIɔccccxcII.

1492. oſſa ligneo clauſa feretro, Anno cIɔIɔxxxvI. poſtquam in

1536. Beatorum relata eſſet numerum, plumbeo, capella eius nomini per Nicolaum Sareptanum Epiſcopum dicata, & in hunc vſque diem cœnobium optimæ diſciplinæ & numeroſo Veſtalium cœtu commendatur.

Ryckë Clerēn. *Claranæ* ſecundæ regulæ extra ſed iuxta opidi muros inchoatum opibus Anthoniæ de Hameyda equeſtris familiæ Virginis Cœnobium, his turbis deſolatum fugere compulſa vrbem hactenus habitant, & habuerunt plures primæ nobilitatis Antiſtites.

Parthenones denique tertiam eiuſdem Franciſci regulam profitentes titulis Domuum D. Iacobi & Ioannis cœperunt ſub idem ferè tempus, & illuſtri fundatorum ſplendore, illæ Iſabellam Portugalenſem Philippi Ducis coniugem

Digitized by Google

coniugem fundatricem literis Anno cIↃIↃccccLXII Aprilis 1472.
VI datis monſtantes, hæ Mariam de Burgundia eiuſdem Ducis, niſi fallor, natura filiam: ſed hæ illis antiquiores videntur ante alijs aliquot locis habitaſſe, nominatim in Outbriela & circa Bauonis, habueruntque Virgines nobilitate conſpicuas è gente Grachtia, Heulia, VVallia & ſub S. Grachtia penſum horarum cœperunt exſoluere.

Huius etiam claſſis etſi non regulæ fuerunt *Magdaleniana* Opt
abiurato lubricitate pœnitentes, nunc extinctæ ſunt & Ni- Sluyſe-
græ ab amictu audientes, quas vt anno cIↃIↃccccLXX extitiſ- kenínde Slijck-
ſe & ægris ſubſeruire ſcio, templo Sodalibus D. Vrſulæ nun- ſtrate.
cupato, ita quando cœperint neſcio. Itemque aliæque ex
Eccleſia occidentali tráſlatæ, quibus An: cIↃIↃccccLVI Epi- 1456.
ſcopus permiſit regulam aſſumere, & Anno cIↃIↃccccLXXIX 1479.
Sacellum dedicatum. Itemq; Ouderbergenſes titulo S. Catharinæ, ſub idem tempus Audomaropoli tranſlatæ, ex cœnobio circa portam Alti-montis.

Beginagium pratenſe de Hoye titulo Deiparæ cœpit ex- Begyn-
tra portas Opidi auſpicijs Ioánæ Comitis An: cIↃccXXXIV. hof.
1234.
& Anno cIↃcLX. 3. Epiſcopus permiſit Sacellum ſtruere. 1160.
Patronoſque habet primos Senatorũ. Alterum porrò titulo S. Liſ-
D. Eliſabethę eandẽ Comitem agnoſcit fundatricem; Mę- betten.
cenates autẽ & Aduocatos Abbates Blandiniẽſem & Bauonenſem dictãte id ſentẽtia A: cIↃIↃXXXI. 2. Maij data. Et hic aſſeruãtur reliquiæ S. Blaſij & caput è Sodalibus Vrſulanis.

Noſocomiorum porrò antiquiſſimum quid diues à pro- Rijcke
uentu indigetat, *D. Eliſabetha* ab octo ſeculis volunt cœ- Gaſt-
piſſe, cui Margareta Comes frumentariam indulſit exactio- huys.
nem: Virgines autem ægros curantes annitente Valtero Epiſcopo Tornacenſi votis & ſtatutis ſe obſtrinxerunt.

Eſt & Hierocomium cui An: cIↃIↃccccXXIV Valterus Epi-
ſcopus leges dedit aliàs antiquiſſimum, ſed ego ad Sacella 1424.
progredior. Inter quæ vetuſtatis eſt vltimæ Sacrum *D. Ca-* Te Le-
therinæ tribus ciuiũ Sodalitijs & olim ſupplicatione votiua proeſen.

Digitized by Google

annali ornatum, ad commoditatem ciuium remotiùs à
curiali ſua D. Ioannis habitantium ſtructum, & à Guidone
1203. Legato S. Sedis indulgentijs Anno cIↃCCIII locupletatum.
Georgianum autem à Sodalitio ciuium eiuſdem tituli ſtru-
ctum Anno cIↃCCCCXCIX auctum, & dicatum Anno
1499. cIↃ IↃV: Virginibus in vicino per Maxæmilianum Cæſarem
1505 collocatis permiſſum ſub Truncinienſium patrocinio.
Quintinianum Blandinienſi Abbatiæ obnoxium à reclu-
ſorio volunt inchoatum ante tria ſæcula, auſpicijs Arnoldi
de Svvinarda.
Maurianum in Brielæ pratis à Ioanne Abba S. Mauri An-
glia profugo, huc profugiente ſtructum, vt fama tenet Sa-
1452. cellum patientis Dei, Anno cIↃCCCCLII exuſtum memora-
1380. bili illo incendio, An: cIↃCCCLXXX eſt dedicatum.
Guidonianum authorem ſuum Comitem & Tutelarem
præfert, fuit circa Palatium. Alia Diuarum Barbaræ, Annæ-
que quando cœperint, ſcire mihi non contigit.
Recluſoria itaque ſubijciam bina ad Saluatoris ante ſep-
tenniũ à Nobiliſſima Virgine, Margareta Trazineaca Prin-
cipum noſtrorũ honoraria contubernali ſtructa, quę eadem
ſodalitatis D. Ioſephi & indulgentiarum ad eam fuit impe-
tratrix. Item vnicum in Sacello Templariorum, alterumque
ad Deiparæ in Blandinio, & tertium ad Quintini.
Tempel Domus & Sacellũ Melitenſe cum particulari iuriſdictio-
huys. ne & immunitate ante An: cIↃCLXXX fundata colligitur ex
1180. ſchedis dicti loci: ſequentibus enim illũ annis Philippus Co-
mes donationes diuerſorũ ad opus Templariorũ factas An:
1181. cIↃCLXXXI Gilberti de Niuella An: LXXXII VVilhelmi Go-
82. uela, idque ad manus Theobaldi *de furnis qui in Flādris Tem-
plariorũ beneficia cuſtodiebat*. Item An: cIↃCCXXIII Comes *ter-
ram apud Gandă extra & intra clauſuram, Domui & Fratribus
S. Templi*, aſſignat. A: 1271. Decanus B. Pharaildis collata ab
Ægidio Viſchero Canonico cõfirmat *Domui militiæ S. Tēpli*.
Arnoldus Abbas S. Petri qui vixit An: 1209. fatetur nihil
ſibi

ſibi iuris eſſe in terras ad meridiem domus dictæ iacentes. Itẽ 1186.
An: 1186. *Amianus in partibus ciſmarinis domus templi miniſter*
cernit Gandaui. Anno CIↃCCLXXX Gerardus vander Malſte- 1280.
de certa quædam aſſignat *Commendariæ Domuum Templi in*
Flandria ad opus Templi de Samſlacht, Ex quibus conuincitur
Templarios hos latè in Flandria diuites, inprimis *Cuſtodem*
beneficiorum in cismarinis habuiſſe, ſub quo *Commendaria*
Flandrię erat, & ſub ea *diuerſa Templa* nomen ſeruantia.

Extirpatis porrò Templarijs cùm bona Melotenſibus eſ-
ſent aſſignata; eis An: CIↃCCCCXXXIV Synodus Baſilienſis 1434.
Abbatem Bauonicum & Friſidiaconũ Cameracenſem dedit
Conſeruatores rogatu Rocoaldi de Rochecheurt Com-
mendatoris Præceptorię Hannoniæ & Flandriæ.

Gerontocomium *D. Catherinæ* domibus & præbendis Op de
instructum, quarum ſex cùm ab Ingelberto Immerſelio Vi- Craen-
ce-Comite Aloſtano, totidemq́ue à Nicolao Serſanderio, & lepe.
pari numero à Cornelio van Potelberch, & Ioãni Steelando
conferantur, & prouentus ab eis eorumq́ue hæredibus gu-
bernari ſententia Anni CIↃIↃLXXI decretum ſit: probabile 1571
ab eorum maioribus fundatum.

Aliud vetulis magno numero ſeruiens fundatorem ſuum Wenne-
nomine præfert VVennemarum nobiliſſimum Equitem maers
& vxorem in viduitate hîc egenis ſe mancipãtem teſte eius Hoſpi-
ibidem extante Epitaphio, ad Annum CIↃIↃXC renouato. taei. 1590.

Interemptus eſt autem dictus Gulihelmus VVenemaer
à Roberto van Caſſel in Reckelgem quinta Iulij Anno
CIↃCCCXXVIII. Vxorq́; Margareta Sbrune maritum morien- 1328.
do ſecuta eſt CIↃCCCLII in Septẽbri provt ibidẽ annotatur. 1352.

Hoſpitale laborantium contage, cura publica fuit ali- Peſt-
quando apud Alexianos, ad ripam Liuiæ, circa Haut Leyam huys.
& Schaldis circa confluentem vulgo **de vijf wintgaten** di-
ctam, in locum hunc Anno CIↃIↃXCIIX tranſlatum. 1598.

Habent & Gerontocomia Sacellaque Nautæ & textores, Schip-
& extant illorum dotationes aliquot, & memoriæ in Saxis pers-ca-
pelle

Digitized by Google

& laminis parieti affixis, Anno 1458. item 1423. & 1529.

Weuers Capelle. 1328. Horum antiquiſſima, quam quidem videre contigit data eſt Anno cıↄccccxxvııı. Erat & Hoſpitale circa ædem D. Gregorij collapſum nunc vetuſtate, aut vitio Curatorum, ſed de cuius initio nihil datum eſt cognoſcere.

Weeſhuys. Orphanotrophium fuit olim ad Romam Vico Burgenſi: inde in portam arenaceā tranſlatum, & teſte inſcriptione.

1605. *Commodiſſimam hanc orphanorum Domum ære publico in bonum publicam emptam, pr. Kal: Nouemb. An:* cıↄıↄcv *adornarunt*,

Bonefanten. Roberto Hellino & Lud. Blazero Coſſ. cui adiacet Pædotrophium *Bonarum infantium*. Huc etiam referendæ ætate aut egeſtate laborantibus obſequentes Virgines Georgianæ

1505. An: cıↄıↄv introductæ, & D. Ioannis in Porcario foro, eiuſdemque tituli & inſtituti vetulæ apud portam Brugenſem à Ioanna Comite, quod ſuſpicor, dotatæ & **Poort-acker** octo perſonarum Hoſpitalia VVarnevvicis luculenter dotatum ſub tutela D. Alberti, Capella D. Dionyſio dedicata, vbi primos egiſſe aiunt Minoritas.

Hoſpitale porrò ægris, egeniſque & peregrinis ſeruiens, fundationis ſuę authorem Ioannem Hebbrecht nomine

1327. præfert, annūque cıↄccccxxvıı in craſtino natiuitatis B. Mariæ Virginis inuſitatis characteribus ad tumulum fundatoris expreſſum.

Bilocke. 1201. *Biloca* denique An: cıↄccı per Trunam Vtenhouiam & Falconem eius fratrem circa Prædicatores ad pauperum ſolatia, & receptaculū inchoata, ſed ſeptennio poſt in locum, vbi nunc viſitur, tranſlata. Quibus accedunt Hoſpitalia D. Margaretæ, Annæ, ſolo mihi nomine nota; & ad extremum S. Iacobi Geronto-Xenodochium cuius ara maior Anno

1389. cıↄccLxxxıx cœmeterium An: cıↄccxcı conſecratur &

1291. preces fiunt quotidianæ nominatim pro Ioanne Sloots Domino Giſelberto, & Domina Sibylla Spaeps.

FINIS.

Digitized by Google